


# EPISTULA LEONINA

## CCLXXI

HEBDOMADALE  
PERIODICUM LATINĒ SCRIPTUM,  
QUOD ĒDITUR  
E DOMO EDITORIĀ INTERRETIALI  
CUI NOMEN EST  
LEO LATINUS



<http://www.leolatinus.de/>

N.B.! EPISTULAS LEONINAS ACCIPIS G R A T I S ET S I N E ULLĀ OBLIGATIONE. NAM LEO LATINUS PUTAT HOMINIBUS LATINAM LINGUAM DISCENTIBUS AUT DOCENTIBUS CORDI ESSE VERBA LATINA. SI TAMEN TALES EPISTULAS ACCIPERE NON VIS, RESCRIBE HOC NOBIS: TUM STATIM NOMEN TUUM EX INDICE ACCEPTORUM TOLLEMUS.

HŌC TEMPORE DUO FERĒ MILIA HOMINUM LATINĒ DOCTORUM ACCIPIUNT EPISTULAS LEONINAS ELECTRONICĒ MISSAS. EPISTULAS LEONINAS I-CCXXXIX INVENIES IN INTERRETI SUB HAC INSCRIPTIONE, QUAE SEQUITUR: <https://ephemerisnuntii.eu/leonina.php/>

MAXIMĒ ID CURAMUS, UT COPIAM VERBORUM LATINORUM CONVENIENTER AUGEAMUS ET TEXTŪS MODERNOS CUIUSVIS ARGUMENTI QUAM OPTIMĒ IN LATINUM SERMONEM CONVERTAMUS. ROGATUR, UT MANUSCRIPTA MITTANTUR VIĀ ELECTRONICĀ. MENDA SIVE GRAMMATICA SIVE METRICA, QUOAD FIERI POTEST, TACITĒ TOLLUNTUR.

EN HABES EPISTULAM LEONINAM

**DUCENTESIMAM SEPTUAGESIMAM PRIMAM (271)**

# ARGUMENTA

PRAEFATIUNCULA.....	03-11
<b>PRIMUM NON NOCERE</b> (pictura).....	12
EPISTOLIUM ET <b>POEMA HORATII ANTONII BOLOGNA</b> .....	13-15
EPISTULA <b>JOANNIS CAROLI ROSSI</b> .....	16-17
IN MEMORIAM SABINAE UXORIS TITI HYDRAULARII (Kovács) .....	18
<b>NOS NON OBLIVISCIMUR</b> (Grosz/LL & theod. ‚Rampensau‘ quid est Latine?, LL) .....	19-21
<b>ORATE PRO VACCINATIS !</b> .....	22-23
<b>MEDICUS CONSCIENTIAM SUAM MORALEM SECUTUS PUNITUS EST</b> .....	24-29
<b>SÖNNICHSEN ABSOLUTUS EST !</b> .....	30-32
<b>HIPPOCRATES</b> .....	33
<b>»NEQUE .... MEDICAMENTUM LETALE PROPINABO«</b> (Steinmann) .....	34
<b>IUS IURANDUM HIPPOCRATICUM</b> .....	35-39
<b>PRIMUM NON NOCERE SECUNDUM CAVERE TERTIUM SANARE</b> .....	40-41
<b>SCRIBONIUS LARGUS: Praefatio Compositionum</b> .....	42-45
<b>DE CODICE NORIMBERGENSI</b> .....	46-47
<b>DECLARATIO GENAVENSIS</b> .....	48
<b>ECCE VACCINATOR MUNDI !</b> .....	49
<b>HYPOCRISIS VENEFICA</b> .....	50-53
<b>CINEMATA AD VENEFICIUM GLOBALE SPECTANTIA</b> .....	54
<b>ALBERTUS VENEFICUS A REBELLIBUS INTERROGATUS</b> .....	55-57
<b>IANINA SMALL VICARIA PFIZERIANA</b> .....	58-65
<b>ECCE BATAVUS INTERROGATOR ACERRIMUS</b> .....	66-67
<b>ALBERTI ADIUVAM DERUNCINATUM SECRETA EFFUTIVISSE</b> .....	68-74
<b>ECCE AURIFODINA VENEFICA</b> .....	75-80
<b>GRYLLI SALE NIGRO CONDITI</b> .....	81-83
<b>VENEFICIUM PSEUDOVACCINATORIUM:</b>	
<b>ANALYSIS BIOLOGICA</b> (Reißner).....	84-89
<b>ANALYSIS STATISTICA</b> (Lausen).....	90-92
<b>EX ALBERTA CANADIANA NOVA SPES: DANIELLA SMITH</b> .....	93-95
<b>FLORIDANUS MAGNAE SPEI: RONALDUS DE SANTIS</b> .....	96-98
<b>SAT CITO SI RECTE</b> .....	99
<b>SCELERA CORONARIA: CAUSAM DICANT RESPONSABLES !</b> .....	100-103
<b>ECCE IMMANUEL I. IMMERDATOR CIVIUM NON-VACCINATORUM</b> .....	104
<b>»COVIDIOTAE« VIDERUNT VERA!</b> .....	105-110
<b>DE LOCUSTA VENEFICA NERONIS</b> .....	111-115
<b>FAUSTUM GOETHEANUM EIUSQUE PATREM VENEFICOS FUISSE</b> .....	116
<b>DE MEDICASTRIS HOMICIDIS GENAVENSIBUS</b> .....	117-118
<b>PRAECONATIO VENEFICII INSUPIENS – INSULSA – INFAMIS</b> .....	119-129
<b>NIHIL NISI PUNCTIUNCULA ...</b> (nur ein kleiner Pieks) .....	130-135
<b>VACCINUM FATIFERUM: STATISTICA HORRENDA</b> .....	136-153
<b>CHRONOGRAMMATA RÖSSLERIANA</b> .....	154-166
<b>ECHUS VOCES EPISTULAE</b> .....	167-190
<b>Licoppe 167-169 – Faber 170-171 – Hippomylius 171-172 – Lavallo 172 -</b> <b>Dutoya 172-175 – Ansgarius 175 – Guglielmo 176-178 – Naevius 178-190</b>	
<b>LIBRI LEONIS LATINI</b> .....	191-194

## PRAEFATIUNCULA

LEO LATINUS OMNIBUS HOMINIBUS LATINITATIS AMANTIBUS  
SAL.PL.DIC.

*Cara Lectrix, Care Lector,*

*quomodo te habes? Rectêne vales? Ex tribus ferê septimanis tibi nullam Epistulam misi Leoninam. Nunc autem accepisti sat copiosam: nam habet 195 paginas. Quaeris, quânam re Tibi molestus sim tantâ amplitudine? Certê, paulisper deliberavi, num dividerem hanc Leoninam in partes duas tresve. Sed quia agitur de uno magno themate praecipuo quod habet multa argumenta singula, et invêni tot symbolas, quas togâ vestire credidi operae pretium esse, ut nollem cohaerentiam discerpere, nunc ausim tibi scriptum tradere, quod similis libello est quam epistulae. Sed Tibi legenti nullâ opus est festinatione nisi lentâ: Ergo festina lentê! -*

*Verum enim vero, istud thema non est leve et iocosum; inserui etiam nonnullos gryllos, sed nullus sal iisdem inest nisi nigerrimus. Est grave et ponderosum et dolorosum thema meum: est enim elephantus. Dicat aliquis: »Quid hoc sibi vult? Quatenus elephantus est thema dolorosum? Elephantus non est animal rapax, sed amicus hominis eidemque multimodis utilissimus! Ceterum nôvi multas facetias, quae spectant ad elephantos!« - Vera dicit hic interlocutor - sed de illis rebus elephanticis loquar alio loco. Hac epistulâ elephantum non tracto ratione zoologicâ neque philologicâ neque gelotologicâ (novistine gelotologiam? Quae est investigatio ridendi), sed ratione medicinali et statisticâ et sociologicâ necnon *moralis*. Tamen attende: Hic elephantus*


*spectat ad nos omnes. En aspecta imaginem: Vides elephantum in oeco stantem et multis hominibus circumdatum. At mirum est: Nemo eum aspicit, nemo ad eum attendit, nemo curat eum! Nemo videtur animadvertisse ingens hoc animal! Quomodo hoc fit? Suntne omnes homines caeci et surdi? -*



*Subito quidam puer parvulus manicam matris arripiens clamat: "Heus Mamma! Ibi est elephantus! Nonne vides?" Mater autem indignata respondet: "Quid sentis, stulte puer! Somniare videris!" - Sed puer animo inflammato: "Sed vide, Mamma! Quantas aures habet vacillantes! O Mamma, et cornua candida! Et quantam manum!" - At mater etiam vehementius: "Tace", inquit, "tu male morate! Non decet loqui de tali bestiâ!" -*

*Quaeris quid sentiam hac fabellulâ ineptâ (si licet - allegoriam dicam)? - In societate Germanicâ - de ceteris terris Europae non ausim iudicare - his tribus ferê annis iam complures vidimus elephantos mediis in domibus nostris, sed plerique homines constanter atque perseveranter simulaverunt se istas bestias non animadvertere. Interdum stant eadem bestiae medio in mediano nostro - sed plerique nostrum negant eas exstare - et si quis puer aut puella dicit elephantum versari in mediano (sicut ille Andersenianus puerulus animâ candidâ praeditus dixit Imperatorem esse*

nudum), aspero sermone vituperatur – quasi dixerit aliquid ineptum aut figmentum phantasiae fervidae aut merum mendacium effutivisse... -



Sic fit in societate nostrâ: problemata gravissima, scandala ingentia, manifestissima, urgentissima – silentio praetermittuntur, quasi isto modo possint tolli aut solvi aut irrita fieri. Si qui criticus audet rem commemorare, aut irâ aut irrisione in eum animadvertitur, si pergit digitum imponere vulneri, censura et diffamatio et dimissio et custodia imminent huic homuncioni segregi, qui ausus sit *contra stimulum calcitrare* ... Sed omnes scimus fieri non posse, ut hâc modo problemata solvamus neque salubrem esse animae nostrae talem methodum reticendi et occultandi et simulandi.

Si agitur de vitâ et de morte, ex spatio temporis longiusculo in nostro mediano stat elephantus. An dicam potius: qui iacet in mediano nostro moribundus? Portio fertilitatis virorum ex 40 annis unam tantum habet directionem: deorsum in hypogeum. Si qualitas spermiorum tantopere perget deminui quantopere iam deminuta est, post pauca decennia habebimus profecto et reverâ (non solum in phantasiâ morionum furore climatis protegendi obsessorum) “*ultimam generationem*”. Inde ex massali pseudovaccinatione genotherapeuticâ, quam factam

*esse ad pseudopandemiam impugnandam nobis narratum est, eae nationes, quae siphunculos genotechnicos maximo cum*



*successu adhibuisse dicuntur, maximam patiuntur portionis neonatorum deminutionem. Iam ex vaccinatione massali ineunte mulieres questae sunt de menstruatione irregulari. Abortiones non voluntariae, immo neonati infantuli mortui in mulieribus vaccinatibus fabricatoribus vaccinatorum, quales sunt Pfizeriani, iam pridem nōti sunt. Estne hoc in societate nostrā thema magnum, quod multis disputationibus politicis et colloquiis et relationibus diurnariis tractatur? Nequaquam!*

*Ita fit ut ait Marcus Tullius: "CUM TACENT CLAMANT!" Et Matthias Claudius: "Silescunt silvae nigrae, e pratis surgunt pigrae iam nebulae mirabiles."... Modo fit aliquid verum, sed non-verisimile, et eâ de causâ, quâ verisimile esse non potest, multi non possunt idem animo fingere. Societas, quae putat se esse mente illuminatissimâ, saltat quadam cum taciturnitate funestâ versus mortem collecticiam...*

*Nonnullis septimanis ante in Americâ Iordanus Tristanus Walker, cooperatores quidam Pfizerianus altioris ordinis, captus est decipulâ quadam mellitâ, quae ei machinati erant diurnarii investigativi "Proiecti Veritatis". Iordanus aversae*



*Veneris cupidus credidit iuvenem formosum secum in cauponulâ garrientem esse amasionem sui novum, sed reverâ îdem iuvenis fuit indagator veritatis. Medicus et biochemista*



*Pfizerianus et spiritu vini et spe Veneris excitatus sibi non temperavit, quin effutiret secreta negotiationis suae pharmaceuticae... Amasio putativus multa ex lordano curiosè quaesivit de iis, quae Pfizeriani fecissent temporibus pandemicis. Tum lordanus, qui fuit director praedispositionis strategicae medicaminum genotherapeuticorum, gloriatus est, ut amatori suo admirationem moveret: Pfizerianos in animo habere vîra coronaria ratione naturali in simiis mutare et periculosiora facere, ut nova vaccina fabricarent et plurima venderent lucro exauctissimo. En attende: Negotiatio pharmaceutica una ex maximis totius mundi agit more fabri vitrearii, qui clam nocte lapidibus iniciendis quadras fenestrarum vicinorum diffringat, ut interdium nova mandata accipiat operandi. Aut ita ut siphonarius professionalis lucri cupidus, qui clam domos accendat, ne umquam fiat disoccupatus...*

*Quidnam, cara Lectrix, care Lector, de isto scandalo legis in solitis actis diurnis, quid audis in radiophono, quid vides in televisorio? Nihil – nisi ûteris fontibus nuntiorum alternativis sive conspirativis... Quid nobis apponunt in*

*locum veritatis diurnarii "fluminis praecipui"? Aut mera mendacia aut omissiones veritatis aut marginationes (framing): Vigiles Ministerii Veritatis nobis inculcant doctrinam suam inversam: Quia bellum est pax et Odium est Amor, mittimus currûs bellicos, ut fiat pax. Et in fine nihil facimus nisi bibimus spiritum iuniperinum et amamus ...*



*Magnum Fratrem.*

*Vivimus aetate Orwellianâ necnon Huxleyanâ et Kafkaescâ...*

*De pandemiâ ficticiâ quid narraverunt nobis gubernatio eiusque scientistae et praecones corrupti atque concussi? Omnes narratiunculae coronariae denique probatae evaserunt mera mendacia: Neque fuit pandemia verê mortifera verêque periculosa neque plerique mortui coronarii putativi (qui fuerunt aetate mediâ 84 annorum!) reverâ morbo coronae mortui sunt neque deminutio iurum fundamentalium democratiaeque, quae facta erat sub praetextu pandemiae impugnandae, ullum habuerunt effectum salubrem – e contrario: Vaccinatione, quae facta est loco immunitatis, nova facta est **supermortalitas** – praesertim inter homines juveniles – et alia remedia putativa postea evaserunt tam noxia, ut multi morbi, quales sunt diabetes typi I, depressio, disturbatio comedendi, nonnulla genera canceromatum, crebrescerent frequentiâ duplici et unda infectionum (aliis vîris effecta!) populum percurreret – cuius multo plures fuerunt victimae quam vîrus coronae umquam postulasset...*




*Ceterum exstat idealis grex comparativus, quo considerando hoc demonstratur: Africa. Ibidem usque hodie senae tantum partes centesimae (6%) populationis sunt vaccinatae. At magnae mortis coronariae nullum vestigium – neque supermortalitatis vaccinatione effectae.*

*At in Africâ, sicut in aliis continentibus propter remedia coronaria ubiquitousa fames et mortes fame effectae sunt duplicatae – et mortui sunt centies plures homines quam in omni bello aut in pandemiâ ficticiâ.*



*Ea quae nuperrimè adhuc dicebantur esse theoriae conspirativae ab extremistis dextrae partis confictae, hodie comprobantur consensu communi: Vaccinatio nullum habet effectum medicinale speratum et exspectatum, vîrus coronae non est periculosius quam influenzae, remedia hygienica non profuerunt, sed nocuerunt, et plures homines nunc moriuntur vaccinatione et remediis hygienicis quam morbo coronae. At loco retractationis et paenitentiae et reditûs ad verum et bonum sequuntur proximae **fabellulae propagandae**: Satanas Putinus Adolfus alter istiusque proles satanica...., Selenskius angelus heros defensor libertatis nostrae, America innocens adiutrix et custodissa „valorum occidentalium“ (iam pridem omni credibilitate orbatorum!), amica nostra (quae gasiductum destruxisse venam nostram vitalem dicitur a Seymour Hersh nuperrimè adhuc indagatore celebratissimo nunc diffamatore exsecratissimo..)*

*Sed redeamus ad Iordanum Tristanum illum Pfizerianum amore amentem secreta effutientem! Idem vir aersae Veneri deditus medicus eruditus etiam locutus est de problematibus menstruationis feminarum, quae siphunculo acidi ribonucleinici sunt punctae. Ergo Pfizeriani ista problemata siphunculis suis effecta optimè noverunt. Cinaedulus autem muginabatur, nonne hoc problema eo exortum esset, ut vaccinum effectum haberet ad hormonta, ut effluvium sanguinis menstruale disturbaretur. Sed exactè hoc nondum nôtum esse. Hôc momento narrationis suae medicaster videtur quodam scrupulo laborare: „Nescio an hac vaccinatione tota generatio proxima crepitura sit media...potesne hoc animo fingere? Oh bone Deus! Si hoc quadrat, Pfizerianos velim tollere de curriculo vitae meo!“ - Sed haec esse initialia demum opera Pfizerianorum, qui artem genotechnicam iam adhibituri essent ad res alias; sic Iordanus furens veneris furore... Sed si omnia a Iordano narrata comprehendimus, licet quaeramus: Utrum Pfizeriani reverâ student problemata solvere an creant ipsi problemata, ut quam plurima medicamenta vendant???*



*Haec hactenus in Praefatiunculâ, cara Lectrix, care Lector, cetera in parte principali... Sufficiant haec de elephanto quem hac in Epistulâ tractamus. Si quid inveneris, quod tibi nullo modo placet, immo maximè displiceat, noli stomachari; Scribe nobis ea quae tu sentis et crede mihi: nos sententiam tuam publicabimus! **AUDIATUR ET ALTERA PARS!!!***

*Sed quia **VARIETAS DELECTAT**, non solum istum elephantum tractamus in hac Epistulâ Leoninâ 271:*

***Carmen magni poetae** tibi commendo intimo ex corde: Horatius Bologna nobis perhumaniter misit carmen sui novissimum. Tolle lege! Qui nuper publicavit novum opus poeticum: Lege litteras quibus ipse scripsit de opere suo novissimo!*

*Iohannes Carolus Rossi de quodam Silvio Italiae Pantocratore Bungae Bungae amatore scripsit verba gravissima...*


*Ne umquam praetermittas, o Musae Leoninae amatrix amatorve, chronogrammata Tobiae Rössler artificiosissima!*

*Ceterum intimo ex animo tibi suadeo, ut perlegas etiam epistulas et echûs voces mihi a lectoribus benignè oblatas, qui cogitationes commotionesque suas animorum exprimant Latinitate iucundissimâ...*

*Si eos textûs quos Leo aut edidit aut ipse scripsit aut togâ ornavit haud aspernatus eris – »**sublimi feriam sidera vertice**«. – Cara Lectorix, care Lector, --- pancraticè valeas et pergas mihi favere. Medullitus te salutat...*

**Dr. Nicolaus Groß**

**Sodalis Academiae Latinitati Fovendae**



<http://www.leolatinus.de/>

**LEO LATINUS**

**Senden ex oppidulo Bavariae Suebicae**

**Die Dominicâ, 19. m. Febr. a. MMXXIII**



**PRIMUM NON NOCERE**  
**SECUNDUM CAVERE**  
**TERTIUM CURARE**

## EPISTULA HORATII ANTONII POETAE LAUREATI



d.21. m.Ian. a.2023 h.08:17

### **Commentariorum curatoribus s. q. p. d. Horatius**

Commentariis uestris semel iterumque perlectis, nihil mihi restat, nisi uobis magnas ob impensas gratuler. Animis excultioribus praestans prabetis opus, quo linguam Latinam adhuc uiuit et in dies uirescit. Et ipse, cum minimus et pessimus linguae Latinae sim cultor, interdum tamen, modis Horatianis usus, aliquod concinno carmen.

Ceterum, uti profecto compertum habetis, pridie Id. Oct. a. MMXXII, Pontificia Academia Latina fouente, librum edidi, quod ***Carmina Latina*** inscribitur.

Quam ob rem uos oro atque obsecro, ut carmen, quod subiunctum inuenitis, per commentarios uestros euulgetur. Vobis plurimas et maximas ago gratias.

Valeatis quam plurimum.

**Horatius Antonius Bologna**

d.21. m.Ian. a.2023 h.23:36

### **Leo Latinus Horatio Antonio Bologna Poetae Laureato sal.pl.dic.**

Magno honore nos afficis carmine benignê misso. Gratulamur tibi de opere nuper feliciter edito. Utinam habeas lectores quam plurimos! Libentissimê carmen tuum publici iuris faciemus proximâ in Epistulâ Leoninâ. Pancraticê vale, magne poeta, et perge nobis favere.

**Medullitus te salutat LEO LATINUS**

## POEMA HORATII ANTONII BOLOGNA

### *In Manli laudem*

Manente pleno muneribus die,  
 quo solus almus te Deus inspicit:  
 pergis fidenter per serenum  
 nave levi pelagus citaque.

Amore Mater pervigili vocans,           5  
 gradus seniles caelitus ordinat:  
 cum sanguinem Christi ministres,  
 terrigenis tribuis salutem.

Natante vastum sole per aethera,  
 novum laborem pectore callido,       10  
 te Matre, te Christo iuvante,  
 adgrederis renovato amore.

Lumen supremum lumine percipis:  
 defigis almam celsius Hostiam:  
 Christum revelas per colendum       15  
 Mysterium, referens salutem.

Inundat unum te Sapiencia  
 divina, durat Spiritus intimum  
 pectus, refellens cuncta fortis  
 iurgia, quae laniant fideles.       20

Uruntur ignes pectore in intimo,  
 fugans serenus dona puellulae,  
 cum daemonis vites maligni  
 insidias animique damna.

Sublime munus spargis in aream       25  
 Christi beati, fomite quam miser  
 vastare temptat nocte daemon,  
 cum piger hic vigilet sacerdos.



Salus fuisti mentibus inclitis,  
 docente sanctam corda fidelium 30  
 liturgiam; qua disciplina  
 allicis intima corda, ut orent.

Odis quietem pectoris, otium  
 servile pellis fortis in angulum  
 mentis remotum, quod Redemptor 35  
 salvifica movet ipse mente.

Durant per aevum munera, quae paras,  
 longum, saluti pectoribus sient:  
 ditas libenter corda cuncta  
 munere, quod reparat Redemptor. 40

In alta vertas limina lucidum  
 lumen, precamur, tempore in improbo,  
 quo bella turbant et feroces,  
 proh!, faciunt animos virorum.

**HOS VERSUS PEPIGIT**

**HORATIUS ANTONIUS BOLOGNA**

**POETA LAUREATUS**

**EPISTULA JOANNIS CAROLI ROSSI  
MEDIOLANENSIS A.2002 AD EUROPENSEM  
FACTIONEM POPULAREM MISSA**

d.20. m.Ian. h.09.46

**Joannes Carolus Nicolao s.**

Erasmianum illud, Nicolae mi, de simia purpurata (at quaedam ex illis purpureum tantummodo habent culum) in mentem mihi revocavit lugendam miserrimamque Italorum condicionem, quum Silvius Bisluscus vel Perluscus seu Perlusco regnabat. Memini me in eum plurima adagia ex Antiquitatis penu deprompsisse, ut acrem bilem, qua praecordia ob indignationem tuebant, evomerem, sed istud me fugerat, quod bellissime quadrare videtur.

Interea velim habeas nuntium quem anno secundo hujus saeculi ad Europensem factionem popularem miseram, indignans quod Silvianos intra moenia sua, ut ita dicam, adscripsissent, quasi populo consulerent non uni duci ac domino ipsorum... Tunc temporis enim legum latores privatis Silviis commodis inserviebant, nihil commoda publica curantes, Vale!

d.20. m.Ian. h.09.59

**Nicolaus Joanni Carolo suo s.**

Summas gratias, care sodalis, quod mihi misisti documentum admirabile Latinitatis vivae a te compositum. Verba tua semper libentissime inseram Leoninis meis Epistulis. Haec raptim, mox, si volueris, plura. Medullitus  
**Nicolaus Leo Latinus.**

**EPISTOLIUM TELEISOGRAPHICE EXPRESSUM****DIES: a.d. III Nonas Decembres a.Chr. MMII****MISIT: Joannes Carolus Rossi, Italus natione, Europaeus civitate.**

Instrumenti isographici numerus: 02.29004191

**AD: Partis Popularis Europaeae et Europaeorum Democratarum Coetum – In Bruxellensi Curia**

Instrumenti isographici numerus: + 32.2.2306208

**RES DE QUA AGITUR: de dissensione necessitudinum privatarum cum bono publico****PAGINAE : una*****Si forte epistolium vix legi potest, nos quaeso vocate telephono cuius numerus 02.6554661.***

Velim vos animos advertatis, quicumque Partis Popularis Europaeae et Europaeorum Democratarum coetum celebratis, quantopere ut Europae civis de Italiae condicione perturber: apud nos enim Silvius Perlusco eodem tempore quum Publico Administrorum Consilio praesidet, tum et complures possidet societates quaestuosas, quibus nuntii quovis instrumento divulgantur, praeconia quacumque deferuntur, cautiones a quolibet periculo praestantur.

*Etenimvero apud Italos numquam lex est lata qua privatae necessitudines commodis rei publicae temperarentur, ut vetus est mos apud ceteras Europae gentes, necdum vero quisquam hanc legem rogavit anno post quam Perlusco plurimis suffragiis Publico Consilio est praefectus.*

*Italiae igitur condicio longe enormior est quam ut patiatur civile imperium in Civitatibus, quae legum populique potestate reguntur, ac quidem cujusque Europae nationis interest ut hic rerum status sublevetur.*

*Quum vero Perlusco ejusque factio stent cum Popularibus Europaeis, vos obsecramus ut summa contentione quam celerrime atque efficacissime huic incommodo medeamini.*

*Valete.*

**Joannes Carolus Rossi architectus**

# IN MEMORIAM SABINAE UXORIS TITI HYDRAULARII

(+ 228 p.Chr.n.)

**IOSEPHUS FABER** (*József Kovács*)  
**GREGI TORUNIANO MISIT HAS LITTERAS**

Sodalibus spd

Aquinci, urbe principali Pannoniae, secundum inscriptionem tabulae donationis ex aere factae, AD CCXXVIII Gaius Iulius Viatorinus, qui Decurio Coloniae Aquicensium et eodem tempore Praefectus Collegii Centonariorum fuit, qui magnum quoddam onus atque munus quoque vigilum incendiis exstinguendis suscepissent, hydraulum vigilibus dono dedit.

Cum aedes quaedam in castris vigilum, mirum in modum, flammis consumpta corruit, id instrumentum musicum in spatium subterraneum cecidit, quo ruderi obrutum post permulta saecula opere quoddam facto AD MDCCCXXXI, quod relictum est, repertum est.

Instrumentum renovatum et hydraulus denuo constructus et ad usum aptus in museo propalam collocatum aspici potest.

Eodem fere tempore in propinquo lapis memoriae mulieris artis musicae peritae inventus est, cuius inscriptio infra legitur:

**CLAVSA IACET LAPIDI CONIVNX PIA, CARA SABINA,  
ARTIBVS EDOCTA SVPERABAT SOLA MARITVM,  
VOX EI GRATA FVIT, PVLSABAT POLLICE CORDAS.  
SED CITO RAPTA SILET, TER DENOS DVXERAT ANNOS,  
HEU MALE QUINQUE MINVS, SED PLVS TRES MENSES  
HABEBAT.**

**BIS SEPTEMQUE DIES VIXIT. HAEC IPSA SVPERSTES  
SPECTATA IN POPULO HYDRAVLA GRATA REGEBAT.  
SIS FELIX, QUICUMQUE LEGES, TE NVMINA SERVENT,  
ET PIA VOCE CANE: AELIA SABINA, VALE.**

**TITVS AELIVS IUSTVS HYDRAVLARIVS SALARIVS LEGIONIS  
SECVNDAE ADIVTRICIS CONIVGI FACIENDVM CVRAVIT**

Valete  
Iosephus Faber

<https://www.youtube.com/watch?v=efoIQwLMVjE>

# NOS NON OBLIVISCIMUR!

d.14.m.Febr. a.2023

GERALDUS GROSZ



ECCE AUSTRIAE FILIUS FACETISSIMUS  
QUI ELOQUITUR EA QUAE NOS TANTUMMODO COGITAMUS

NOS NON OBLIVISCIMUR! „Discriminatio non-vaccinatorum ratione ethicâ est iusta“, „Non-vaccinatis quidni aufertur pecunia disoccupationis?“ „Non-vaccinati sunt infectores insociales“ „Homo non-vaccinatus amisit omne ius societatis participandae“, „Adversarii vaccinationis coronariae cum societati noceant, sunt periculosi“, „Non licet minoritati non-vaccinatorum maioritatem vexare tamquam tromocratae“, „Non-vaccinati mente capti sunt“, „Nosocomiae non-vaccinatae sunt angelae mortis“, „Merzius postulat, ne ludant pedifolliarii non-vaccinati“, „Non licet non-vaccinatis permittere, ut faciant peregrinationem voluptuariam“, „Palmer Prasinus postulat, ut non-vaccinati custodiâ carcerali cogantur se sinere vaccinari“.

Omnia fuisse *inepta*, nunc dicit ille, qui *ineptiam* sibi fecit programma suum politicum. Qui dicit multa fuisse menda, mendis manifestis

confitendis cives iuribus fundamentalibus privatos adhortans, ut sibi ignoscant.



PANDEMIA SEMPITERNA: MINISTER SANITATIS  
INSANUS VIRUS „SUUM“ TENET MORDICUS

Ut homines instigationem inhumanissimam ab instigatoribus et diffissoribus, id est ab autocratis vîralibus, subornatam et effectam obliviscantur quam celerrimê. Se rem non melius scivisse, dicunt nunc miserrimê se defendentes illi, qui criticos erroris dramatici ‚*covidiotas*‘ increpitantes diffamaverunt. Se nihil nisi optimum voluisse – solitâ istâ excusatiunculâ falsâ atque vili utuntur illi, qui hominum integritatem corporalem esse negantes iisdem rapuerunt libertatem de se ipsis decernendi, clavâ solidaritatis postulandae minati sunt.

Quarantaenas scholares fuisse falsas nunc dicunt responsales, qui dogma istud politicum, quo parvulos atque adulescentes esse *fundas vîrales*<sup>1</sup> credere deberemus, ope ‚*expertorum*‘, quibus multâ pecuniâ datâ dicenda mandaverunt, contra omnem rationem et cogitationem logicam ad effectum adduxerunt.

Obligationem mascas gerendi non fuisse efficacem nunc concedunt animis demissis illi, qui praeceperant, ut iste camus, ista fiscella gereretur tamquam signum opticum psychosis massalis percrebrescentis.

Disputationem de obligatione vaccinationis fuisse falsam, sentiunt illi, qui concivibus suis non-vaccinatis interdicerere voluerunt, ne ullo modo viverent in societate hominum.

<sup>1</sup> *funda vîrâlis* orig. *Virenschleuder*.



Nunc autem iste Dominus *Lauterbach* ipsissimus, qui per triennium in undâ vîrali ab unâ officinâ televisificâ in alteram unditabulabat<sup>1</sup>, unum nuntium Hiobêum<sup>2</sup> post alterum diffundebat – iste pseudopropheta apocalypticus nunc declarat: multa fuisse *inepta*. Îdem iste politicus sanitatis insanus, qui statisticis falsatis usus more funesto hominibus iniecit terrorem – iste vir nunc cognoscit rem sibi infeliciter successisse. O quam vilis cognoscentia – nisi tandem sequitur actio. At haec actio est simplicissima:

**Tandem te remove a munere tuo – tu ineptissime!**

## GERALDUS \*SCAENOMANICUS

**Geraldus Grosz** Austriacus histologista sive blogarius stupendo acumine mentis et promptitudine linguae praeditus multis spectatoribus televisoriis et interretialibus movet et risum et admirationem. Rapidê, sed sine ullo umquam lapsu linguae loquens, multâ cum ironiâ multisque iocis et elegantissimis sermonis, vultu et gestibus ostentat se scaenarum theatricarum esse amantissimum neque umquam vexari nimiâ modestiâ aut timore ullius aporiae vel defectûs memoriae. Itaque nuperrimê *Naevius Sartorius* in litteris mihi scriptis appellavit *Geraldum* iocoso nomine theodisci sermonis remissioris, quod est *Rampensau* (verbatim: ‘porca suggestûs scaenici’) et ex me quaesivit, quonam modo hoc verbum in Latinum converti posset. En cara Lectrix, care Lector, lege cimelia mea lexicographica: engl. *lime light hog*, *stage hog* (verbatim: ‘porca luminis scaenici/ scaenae’); frz. *bête de scène* (verbatim: ‘bestia scaenae’; span. *chupacámara* (verbatim: qui cinematocameram quodammodo assugit); ital. *animale da palcoscenico* (thea., cfr fr.)

Invêni histologion neograecum, ubi disputabatur de aptis verbi anglici *limelight hog* (porca luminis scaenici) versionibus neograecis. Ibi haec proponuntur: [τζάνκι της δημοσιότητας](#) (cfr. angl. *publicity junkie*). [δημοσιομανείς](#), [μικροφωνολάτρες](#), [καναλολάτρες](#), [λάτρης της δημοσιότητας](#); [εθισμένος στη δημοσιότητα](#); [δημοσιολάγνος](#), [δημοσιοκάφρος](#), [δημοσιομανής](#).

**SENECA** nos doceat: *Nullum magnum ingenium sine mixturâ dementiae*. Etiam ars Geraldii ingeniosa exaggeratione suâ patheticâ habet aliquantulum dementiae, subest quidam narcissus. Itaque nobis lexicologis, qui cupimus aptum nomen huius generis hominum invenire, haud alienum est etiam terminum technicum quaerere apud medicos animarum: Nonne dramatum Geraldianum aliquatenus significatur terminis technicis qui sunt *Histrionismus* et *Theatristus*? Itaque ausim *Geraldum* artificem loquendi appellare \*histrionistam et \*theatristam et – ut novum verbum fingam: \*scaenomanicum.

Ergo: **i.q. theod. Rampensau** – angl. *limelight hog* – fr. *bête de scène* - span. *chupacámara* - ital. *animale da palcoscenico* – neogr. [δημοσιομανής](#)

**Latinê dicam:** \*scaenomanicus, -i m. sive \*histrionista, -ae m sive \*theatrista, -ae m.

Quid tibi videtur, cara Lectrix, care Lector? *Naevius* quidem iurisconsultus subtilitatis verborum indagator sagacissimus, mihi affirmavit se primum nomen a me confictum ceteris longê praeferre.

### DE VERBO THEODISCO RAMPENSAU LATINE REDDENDO SCRIPSIT LEO LATINUS

1 \*unditabulâre, -ō, -āvī, -ātum *surfen*, *Wellen reiten*. cfr \*vêlitabulâre, -ō, -āvī, -ātum *windsurfen*, *brettsegeln*, *stehsegeln*.

2 nūntium \*Hiobêum orig. *Hiobsbotschaft*. i.q. nuntium infelicissimum. \*Hiobêum: adi. i.q. spectat ad Hiob. cfr Iacobêum: i.q. spectat ad Iacobum.

# ORATE PRO VACCINATIS !

*Scriptis MEINRAD MÜLLER, in Latinum convertit Leo Latinus |*

Titulus originalis: "Betet für die Geimpften". <https://www.pi-news.net/2023/01/betet-fuer-die-geimpften/>

**CONVERSA FORTUNA EST.** Nos omnes, qui constantes mansimus et irrisi sumus, nunc sumus felices (?) victores istius **sortilegii vaccinatorii**. Nos restitimus, ne tamquam cuniculi experimentales cogeremur, ut praeberemus corpora nostra ad experimentum geneticum faciendum. Nos vicimus, quia nolimus participes fieri istius **Russicae Rotulae Fortuna**, cuius effectûs interdum sunt mortiferi.



Русская рулетка

„**Diligite inimicos vestros**“<sup>1</sup> - haec commendatio hodie magis convenit quam umquam antea in historiâ generis humani. Ii, qui nobis molestiam attulerunt inque nos pacificê manifestantes **fustibus biocolyticis**<sup>2</sup> et **hydrobolis**<sup>3</sup> impetum fecerunt, hodie sunt passionum perpeccatores. Qui aegrotant saepius et diutius patiuntur et nesciunt, quo a fato ducantur. Tamen minime nos decet gaudere de damno alieno, nam multi, nimis multi amicorum et cognatorum animis suppressis siverunt sibi inici venenum.

At etiam nos, quibus ipsis non patiendum erat venenum sanguini inditum, sumus vehementissime consternati, si experimur hominum passionem atque mortem hominum, qui nobis sunt dilectissimi. Nonne eo peccavimus, quod illos parum fortiter praemonuimus? Sumusne ipsi delictores, quia liberos nostros et parentes et fratres sororesve non

1 cfr MATTH. 5,44 »Ego autem dico vobis: **Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos et orate pro persequentibus et calumniantibus vos.**«

2 **fustis biocolyticus** theod. *Polizeiknüppel* – angl. *policeman's truncheon* - fr. *matraque* - hisp. *porra* – ital. *sfollagente*

3 **hydrobolum**, -ī n. sive **cannō aquāticus** - theod. *Wasserwerfer* - angl. *water gun, water cannon* - fr. *canon à eau* - hisp. *camió n cisterna, vehicula lanza-agua* - ital. *idrante (della polizia)* – neogr. *εκτοξευτήρας νερού*. - **hydrobolum**, ī n.: cfr *pyrobolos/on* - *\*polybolum*, ī n. cfr OLD 1844, s.v.: **ὕδροβόλος**, ov, *throwing water, watering, δρόσοι* cj. Boeckh for ὕδνο in Epigr. Gr. 1036 (Bithynia).

prohibuimus, ne sinerent sibi dari istam *punctiunculam*, quae fucatur nomine innocenti puerilique?

Irrisoriê dictum est mox factum iri, ut omnis homo novisset aliquem morbo coronae moriturum. Tribus ferê annis post ad verum adducta est res contraria. Hodie omnis homo aliquem novit, qui siphunculis anticovidianis in morbum inciderit aut mortuus sit. *Praeconia obituaria* ephemeridum, quae nondum a censoribus sunt sublata, etiam etiamque saepius nuntiant *casûs mortium*, quae sunt *subitariae atque inexpectatae*. Tamen adhuc aliquantulum temporis transigetur, antequam redactores *Spectaculi Diurni* televisorii nuntiabunt se decepisse ipsos spectatoresque suos. Attamen eo quod serâ cum paenentiâ ‚*mea culpa*‘ mussitabunt, parum proderunt iis, qui damnum contraxerunt praeconatione pseudopandemiae atque pseudovaccini mendacissimâ.

Nunc demum incepta est retractari iniuria quam aliquot miliones hominum passi sunt patiunturve. Vehementius quam omnibus textibus, qui nunc scribuntur, afficiuntur animi nostri scopocinematate in Civitatibus Unitis confecto („*Died Suddenly*“, i.e. *Subito mortuus*, v. supra p.35: CINEMATA), quo spectamus, quam calamitosus iam sit status rerum. ‚*America, tu (iterum) te habes melius*‘<sup>1</sup> - saltem quoad libertatem sententiam dicendi. Illud scopocinema intra biduum in omnibus canalibus spectatum est plus vices milionesies (20.000.000). Ceterum idem opus non commendamus parvulis et adolescentibus. At irrisores atque gerulifiguli mercennarii radiotelevisionis et rei diurnariae et politicae hoc scopocinema utinam ne spectaturi sint nisi horrore perfusi. Iniuria coronaria modo demum incipit retractari, sed aegrotis et mortuis hoc non iam poterit esse solacio. ---



**Meinrad Müller**

**Meinrad Müller (68 annos natus), negotiator emeritus, pro variis histologiis germanicis subridens commentatur themata rei politicae domesticae et oeconomicae et externae.**

<sup>1</sup> Auctor alludit ad verba Goetheana, q.s.: »*Amerika, du hast es besser!*« Sed Goethe non multa scivit de Americâ eiusque incolarum condicionibus vivendi.

## MEDICUS CONSCIENTIAM SUAM MORALEM SECUTUS PUNITUS EST

<https://weltexpress.info/primum-non-nocere-dr-med-guenther-riedl-spricht-von-einer-ganz-schweren-form-der-koerperverletzung/>

**Primum non nocere, secundum cavere, tertium sanare.!** – Dr. med. Guntherus Riedl dicit iniectioem siphunculorum covidianorum substantiis genotechnicis completorum esse „perquam grave genus corporis violandi“

*Scrpsit Kerstin-Bettina Kaiser d.13. m.Nov. a.2021 In Latinum convertit Leo Latinus*



**Berolini, in Germaniâ (Weltexpress). Dr. med. Guntherus Riedl, paediatrus, qui interim innôuit, homines monet ne credant fraudatoribus coronariis neve subeant iniectioes siphunculorum, quibus insint experimentales substantiae genotechnicae et qui non nisi permissione casûs necessitatis in mercatum venerint.**

*Riedl loquitur de „genere corporis violandi perquam grave“. Culpam contrahere medicos nummulis inescatos moralitatis expertes, qui videantur simulare se ignorare hoc praeceptum medicorum, q.e. „Primum non nocere, secundum cavere, tertium sanare.“*

„Profecto medici sunt, qui contendant hanc vaccinationem esse talem qualem omnem aliam. Hoc est incredibile – ista est incredibilis ignorantia! Ista vaccinatio est periculosissima, ista non est vaccinatio sensu proprio, sed manipulatio genetica. Hoc scit omnis medicus, qui rem aliquantum investigavit, omnis scit hac vaccinatione corpori adduci substantiamideoque informationem, quae efficit, ut corpus fabricet rem nocivam! Hoc proteinum cuspidum<sup>1</sup> vîrale – quo corpus deinde pugnat

<sup>1</sup> \*prôteinum +cuspidum orig. Spikeprotein. +cuspidus, -a, -um cfr nomen zoologicum: Euclidia cuspidea (insectum). cfr <https://www.stuttgarter-nachrichten.de/inhalt/grundlagen-wissen-corona-was-ist-ein-spike-protein.31272>

contra se ipsum! Ista est insania, est morbus autoimmunicus – bellum contra se ipsum! Praeterea homines facit contagiosissimos. Nonnulli sunt protecti, sed ceteri incidunt in morbum – in circumiectis suis. Qui tum sunt superinfectores - vaccinati. Hoc necessario est periculosum. Sunt etiam nanoparticulae lipidicae, quae haec omnia augent, quae in aeternum in corpore manent et organa destruunt. Haec sapiunt consilium malum. Et laboratur sine respectu damnorum. Et hoc malo etiam afficiuntur ipsi parvuli atque adulescentes! Istud ne permittamus, istud impedire studeamus! Cari parentes, cari medici, istud prorsus non venit in quaestionem. Non licet nobis istam vim afferre nostris parvulis atque adulescentibus. Qui non egent ista re, non patiuntur istam rem, ne sinamus eos istud pati. Iam satis passi sunt. Debemus eos liberare post istas passiones. Ne iis plura imponamus! Debemus eos liberare a solitudine, a masca gerenda, a pavore, ab omni ista coactione! Nec debemus itos etiam magis impellere in angustias. Cari medici, vultisne culpam contrahere istius violationis corporalis, quam multis in casibus sequitur mors. Istud ne fiat! Istud non debemus permittere! Istud non permittitur moralitate nostra medicinali. Nam dicitur: „Primum non nocere!“ Hoc est ethos nostrum medicinale! Debemus perpendere aleam et utilitatem. Alea morbi est prorsus nulla, alea vaccinationis est infinita! Haec omnia sunt clara et manifesta. Ista res est genus corporis violandi perquam grave. Nullam umquam vaccinum antea est inventum tantulo spatio temporis. In epistula securitatis ab Instituto Pauli Ehrlich conscripta lego ea quae „epistulae manûs rubrae“ dicunt negotiationum fabricantium. Debemus hominibus consulere. Scitisne, quam vehementer vaccinatione perturbetur coagulatio sanguinis? Numerate aliquando d-dimera ante vaccinationem et una septimana post! Coagulatio vehementer augetur seriatim, acervatim! Substantiam corpori inicere coagulationem augentem – hoc non licet! Istud prorsus non licet. Sanguis vobis in venis coagulabitur. Vultisne tamen vaccinari? „Quid – sanguisne in venis meis coagulabitur?...“ - Ita, ita est! Afficiemini thrombosis venarum cerebralium, necnon alias! Afficiemini infarctu myocardii! apoplexia cerebri! Obcaecabimini! Ita, caeci fietis! Multi centum homines obcaecati sunt, quia eorum vasa ocularia affecta erant. Vultisne fieri caeci? Vera vaccinatio non fit nisi post disquisitionem subtilissimam. Nam vaccinantur homines sani – nonne? - Si in statu

---

653-a358-49cf-8d2d-65fc1e6761f4.html: „Das Spike-Protein ist ein Baustein des Coronavirus, der an seiner Oberfläche sitzt. Es bedeckt die Oberfläche des Corona-Virus wie Stacheln oder Dornen und ist daher gut für unser Immunsystem erkennbar. Das Virus braucht das Protein, um Zellen zu befallen und sie so zu infizieren....“

summae necessitatis dicitur: Necessarium est, ut fiat operatio chirurgica quam celerrime, fieri non potest, ut condiciones et pericula patienti explicantur exactissime, quia tempus non est hoc faciendi, primum faciendae sunt res maxime necessariae, et patiens dicit: ‚Primum res maxime necessariae – nam aegroto mortifere!‘ - At e contrario ante vaccinationem homo vaccinandus est corpore sano! Itaque is qui vult vaccinari, oportet certior fiat, quot locis corporis possit in morbum incidere mortiferos. Si tamen nomen suum subscribit, equidem dico: ‚Eas, quaeso, in alium locum, ubi vaccineris. Ego non vaccino.‘ Ergo eum certiozem feci, sed non contraho culpam istius sceleris. Ex plus uno anno narratur: ‚Si vaccinabitur, pandemia finietur. ‘Nunc vaccinatur – estne pandemia finita? Virus hoc passi essemus, hoc ne animadvertissemus quidem, nisi iterum iterumque proba covidiana essemus perquisiti; sed pandemia vera et propria est – ipsa vaccinatio.

<https://www.az-online.de/uelzen/stadt-uelzen/prozess-gegen-frueheren-uelzener-kinderarzt-riedl-wird-neu-aufgerollt-91934589.html>

## 29 falsae attestationse mascariae: Paediatrum quondam Uelzensem multâ damnatum esse

d.27. m.Apr. a.2022, h.07:58 scripsit Lars Becker, Latinê reddidit Leo Latinus

*Iudicium provinciale Uelzense d.Martis Dominum Curialem et paediatrum quondam Doctorem Guntherum Riedl propter attestationse valetudinis falsas, quas in 29 casibus scripsit, ut patientes ab obligatione mascam coronariam gerendi liberaret, damnavit multâ 8400 (octo milium quadringentorum) euronum (120 diebus solvendi sunt septuageni).*

**Uelzeni ex oppido** – Ita iudex Valtherus Comes Grote minorem multam constituit quam procurator publicus Luneburgensis, qui postulaverat tantam multam quantam iam m. Febr. indicaverat in mandato poenali, i.e. multam 10.500 (decem milium quingentorum) euronum (150 diebus solvendi fuissent septuageni). Guntherus Riedl huic mandato poenali intercesserat – itaque die Martis (d.26. m.Apr.) coram iudice actum est.

Actio autem non incohata est nisi 30 ferê minutis retardata. In aedificio adfuerunt insigniter plures apparitores quam alioquin, ante introitum iudicii stabant biocolytae. Causa autem erat haec: Plus 40 adiutores



paediatrici, qui se artem suam non iam exercere ipse dixit, venerant ad iudicium.

### **Auditoribus sophophona fuisse in aedificio iudiciali tradenda**

Iudex Comes Grote actione ineunte rettulit biocolytas accepisse adhortationes publicas esse factas, ut testes actionem iuridicam reciperent sophophonis aut alio instrumento electronico. Itaque spectatoribus (quorum propter pandemiam coronariam non plures fuerunt quam octo) sophophona in spatium actionis iuridicae temporale ablata sunt. At inter actionem spectatores manserunt absolute quieti, nullae factae sunt interpellationes – processus actionis proprius non est perturbatus.

Probatione facta et procurator publicus et iudicium pro certo habuerunt Doctorem Guntherum Riedl inter d.1um m.Aug. a.2020 et d.5.um m.Maii a.2021 in 29 casibus contra scientiam meliorem 29 documenta falsa scripsisse, quibus voluit adultos et nonnullos parvulos quoad magistratûs liberari ab obligatione tegimentum orinasale gerendi – primo cum superscriptione, q.e. „Liberatio“, deinde „Attestatio medica“ sive pro parvulis: „Attestatio medici specialis“.

### **Riedl: „Neque potui neque volui istam rem negligere“**

Ne unum quidem ex his hominibus in regionibus rei publicae foederalis remotis, sed non circuli provincialis Uelzensis aut circumiectorum propinquorum, habitantibus, vir 68 annos natus umquam praesentem convênit. Riedl affirmavit sibi semper suffecisse symptomatum descriptionem telephonicam. Se egisse misericordiae causâ: „Neque potui neque volui istam rem negligere.“ Eius defensor frustrâ petivit absolutionem.

Haec sententia iudicialis nondum est valida. Sed Dr. Guntherus Riedl coram ephemeride nostrâ annuntiavit se subsidia iuris renuntiantem nolle adire iudicium provinciale: „Fatigatus sum, volo rem finiri.“

### **Anamnesin aut disquisitiones non esse documentatas**

»Tu voluisti homines a mascâ liberare persuasionis propriae causâ, ut hoc dicam sermone remisso. Sed ideo haud leviter violavisti praxin medicorum professionalem: Nulla enim exstant documenta de anamnesi aut disquisitionibus scripta. Si talia fuissent, fortasse nunc tibi non esset hîc

sedendum.« Haec in iudicii causis afferendis iudex Valtherus Comes Grote dixit Doctori Gunthero Riedl.

Comes autem Grote: »Persuasum mihi est« inquit »te conscium fuisse fieri posse, ut tibi difficultates essent iuridicae, ideoque conatum esse totam rem verbis fucare. Hodie delictum confessus es, sed culpam non intellexisti. Scio te bonum fuisse paediatrum, sed puto te in rebus pandemicis errorem aliquantulo mordicus tenêre.«

### **Attestationes acceptas esse ab hominibus ab urbe Berolino usque ad Rhenaniam-Vestfaliam habitantibus**

Guntherus Riedl ipse, qui actionem iuridicam absolvit visorio protectorio ex materiâ facticiâ confecto indutus, gratias non egit nisi pro prima parte sententiae iudicis ultimae, quia spes sua absolutionis est decepta. Qui vir 68 annos natus una cum *Maik Hieke* defensore suo conatus erat causas motivas, quibus scripserat attestaciones 29 hominibus sibi antea prorsus ignotis *Berolinensibus, Bremensibus, Siegensibus, Cloppenburgensibus, Neobrandenburgensibus, Cappelniensibus* aut *Euskirschensibus*, explicare (»Si illos non adiuvissem, culpam contraxissem corporis violati«).

### **Riedl: „medicos ingratos iniustê in crimen vocatos pati persecutionem“**

Nonnulli homines attestationibus Riedlianis usi ipsi erant in ius vocati, partim absoluti – Riedlio teste. At procurator publicus quoad hanc rem nulla obtulit documenta: »Si quis absolvitur, deest etiam attestatio. Fortasse haec res parum rectê est perquisita«, *Maik Hieke* defensor vituperans dixit.

Riedl recitavit declarationem, quae coepit a perquisitione domus et praxis suae d.17. m.Febr. a.2021 facta - et quam finivit his ipsis verbis: „Nisi esset praeceptum illud politicum, quo medici ingrati iniustê in crimen vocati patiantur persecutionem, prorsus nullus esset sermo de delictis, sed de responsalitate medicinali, cuius ipse medicus conscius haec feci gratis. Non exspecto me a iudicio humano huius rei causâ laudatum iri aut mercedem accepturum esse, sed scio hoc factum iri e loco superiore.“

### **Quos effectûs hoc iudicium habebit ad mandatum curiale?**

*Sven Vonderberg*, primus procurator publicus Procuratoris Luneburgensis, in probatione sua declaravit haec: »In principio hîc habemus delictoris ex persuasione constellationem classicam. Hoc autem non dico negativê. Haec omnia (*quae reus fecit*) intellego. Tu numquam voluisti alicui aliquid mali facere. At *de iure* non comprobanda sunt facinora tua.«

Hanc sententiam secutus est Comes Grote iudex poenalis pro eo, ut reum absolveret. Ex casibus 30 accusatis unus inter actionem sublatus est.

Dr. Guntherus Riedl m.Sept. a.2021 pro Factione Germaniae Alternativâ electus est consiliarius Uelzenii urbis Hanseaticae. Profecto habetur pro praeiudicato, si rata fiet sententia iudicii municipalis Uelzensis. Num hoc necessario effectus habiturum esset ad mandatum eius curiale, Urbs Hanseatica die Martis nondum dicere potuit.

<https://www.az-online.de/uelzen/stadt-uelzen/uelzen-arzt-corona-falsche-atteste-maskenpflicht-geldstrafe-kinderarzt-riedl-91503338.html>

**SYMBOLAS  
DE GUNTHERO RIEDL  
PAEDIATRO UELZENSI  
SCRIPTAS  
IN LATINUM CONVERTIT  
LEO LATINUS**

# SÖNNICHSEN ABSOLUTUS EST !

»Nunc omnia retractanda sunt.«



*Professor Dr. Andreas Sönnichsen mendaciis coronariis potentium contradixit. Itaque ab Universitate Medicinali Vindobonensi eiectus est, a diurnariis Systematis diffamatus, denique „fraudis“ et „muneris arrogati“ accusatus, quia patientibus testimonia scriberet liberationis vaccinatoriae. Heri coram Iudicio Districtûs Salisburgensis facta est absolutio – spectatoribus in oeco plenissimo vehementissimê applaudentibus! Sabina Petzl adfuit et collocuta est cum Sönnichsen eiusque assectatoribus.*

**Sabina Petzl:** Die Iovis, 9. m. Febr. a.2023. Cari Spectatores, hodie sumus in Iudicio Districtûs Salisburgensis, ubi magna cum animorum suspensione expectatur processus *Professoris Andreae Sönnichsen* iudicialis. Eidem medico medicinae interioris et generalis obicitur arrogatio muneris et fraudatio. Sönnichsen temporibus regulae illius 2G<sup>1</sup> attestationibus digitalibus confirmavit patientes esse temporariê impatientes vaccinationis covidianae, quia – ut notum est – adversarius persuasus est siphunculi

---

<sup>1</sup> 2G-Regel: <https://de.wikipedia.org/wiki/2G-Regel>: („Geimpft oder Genesen“, i.e. aut vaccinatus aut sanatus). „Die **2G-Regel** („geimpft oder genesen“) wurde in deutschsprachigen Ländern während der [Covid-19-Epidemie](#) eingeführt. Sie beschreibt Zutrittsbeschränkungen zu bestimmten Einrichtungen (Gastronomie, Freizeiteinrichtungen, wie Kino und Theater, Teile des Einzelhandels) auf Personen, die eine Immunisierung in Form eines gültigen Impf- oder Genesenzertifikats (sog. *2G-Nachweis*) nachweisen konnten.“

genotherapeutici. Insolito multi homines hodie urgent in Iudicio Districtus Salisburgensi versus auditorium, ut processui intersint.

**Mulier 1:** „Mihi quidem videtur talis homo qualis est Dominus Sönnichsen est adiuvandus. Nos adsumus, ut nostrâ praesentiâ eius animum firmemus.“

**Mulier 2:** „Equidem hîc sum, quia hunc virum valdê admiror. Nam îdem aleam subiit approbationem amittendi et reverâ virum fortem se praestitit iuris iurandi Hippocratei servandi causâ omnes difficultates patiens. Haec autem res mihi est satis causae, cur hîc sim.“

**Vir 1:** »Mihi cordi fuit huc venire, quia Dominum Sönnichsen ex initio magni aestimavi, quia sensi: Is dicit veritatem. Is dicit tantâ cum gravitate atque probitate, ut statim sentias eum esse rei peritiâ necnon candore animae.«

**Vir 2:** »Veritas, quam nos omnes sentimus, non caput, sed cor, si coniungitur cum iis, quibus circumdati sumus – ea sunt primo respicienda. Et sunt homines, qui reverâ aleam subeant, ut hoc efficiant. Talis homo est Dr. Sönnichsen- itaque adiuvandus est.«

**Sabina Petzl:** Domine Professor Sönnichsen – reverâ ex facie tuâ apparet, quantum levatus sit animus tuus -

**Sönnichsen:** Ita est, procul dubio.

**Sabina Petzl:** Applausus factus est vehementissimus in auditorio iudiciali – quod strictê prohibitum est. Quomodo illo momento temporis te habuisti?

**Sönnichsen:** »Illo momento cogitavi: ‚Spero hoc mihi non fore incommodo‘. At – fieri debuit. Scilicet hîc eventu nunc animum nostrum refocillari. Sed eodem etiam monentur responsales, ut res pandemicas retractent. Quod modo dixi a diurnariis televisionis Austriacae (ORF) interrogatus. Oportet etiam ORF retractet et revertatur ad genus nuntiandi et referendi aequum. Denuo egemus diurnariis sinceris. Adhuc aliquantulum subirascor, quod a praepositis Universitatis Medicinalis Vindobonensis eiectus sum. Spero etiam hoc aliquando effossum et retractatum iri. Ita, ut tota crisis coronaria est retractanda. Menda, quae in eâdem facta sunt, detrimentum, quod hominibus allatum est, haec omnia debent retractari et retractata publicari. - Quod munus nunc gero: Operor enim nunc pro associatione, quae dicitur *Collateral Global*, quae est

organizatio internationalis, quae condita est ab hominibus, qui curaverunt etiam *Magnam Declarationem Barringtonianum*, et nos nunc studemus discriminis coronarii retractare ratione scientificâ. -

Vaccinatio (sc. coronaria) autem nunc a nemine iam subeatur. Pandemia est transacta et probabilitas, qua quis in gravem morbum covidianum incidat eodemque moritur, est decies minor quam probabilitas in influentiam incidendi eademque moriendi. Omnino non iam est consentaneum, ut aliquis adhuc de isto morbo deliberet. - Ergo nullo in casu ullus homo vaccinetur vaccino covidiano. Oportet ista vaccina e mercatu auferantur – idque quam maturime. Sed hoc est addendum: Etiam displicet mihi hominibus inicere timorem. Oportet ne idem faciamus mendum ac adversarii nostri, id est ne timorem panicum excitemus. Id est, ii homines, qui - sive voluntarii sive non – vaccinati sunt neque ulla detrimenta ceperunt – quales etiam multi sunt sive propter vaccini portiones non-contaminatas acceptas sive propter corporis condicionem – nil rēfert! - qui nunc nullum symptoma patiuntur, iidem nunc ne terreantur dicentes posse fieri, ut in morbum incidant propter vaccinationem. Qui subiit vaccinationem – licet subierit quibuscumque de causis. Sed nunc ne iam cogitent de istâ re. Consentaneum est, ut se nutriant cibis salubribus, ut se satis moveant, ut sub dio versentur aerem recentem respirantes, ut faciant res, quibus solent homines valetudinem suam servare bonam. Ne obliviscantur etiam valetudinem psychicam. Et deinde quid facturi simus, videbimus. Unâ eamus in tempus futurum – et vaccinati et non-vaccinati. Nam debemus societatem quoquomodo readunare«.

**Colloquium**  
**cum Professore Andreâ Sönnichsen**  
**post absolutionem eius**  
**a Sabinâ Petzl**  
**relatrice stationis AUF1 televisificae factum**  
**in Latinum convertit**  
**Leo Latinus**



## **HIPPOCRATES**

(460 – 370 a.Chr.n.)

Οὐ δώσω δὲ οὐδὲ φάρμακον  
οὐδενὶ αἰτηθεὶς θανάσιμον,  
οὐδὲ ὑφηγήσομαι  
ξυμβουλίην τοιήνδε.

*i.e. Latine:* Neque cuiusquam precibus adductus alicui medicamentum letale propinabo, neque huius rei auctor ero.

## IUSIURANDUM HIPPOCRATIS

GRAECE <sup>2</sup>	LATINE <sup>1</sup>
Ὅμνουμι Ἀπόλλωνα ἰητρὸν, καὶ Ἀσκληπιὸν, καὶ Ὑγίαν, καὶ Πανάκειαν, καὶ θεοὺς πάντας τε καὶ πάσας, ἴστορας ποιεύμενος, ἐπιτελέα ποιήσῃν κατὰ δύναμιν καὶ κρίσιν ἐμὴν ὄρκον τόνδε καὶ ζυγγραφὴν τήνδε.	Per Apollinem Medicum, et Aesculapium, Hygiamque et Panaceam iureiurando affirmo et Deos Deasque omnes testor, me quantum viribus et iudicio valuero, quod nunc iuro, et ex scripto spondeo plane observaturum.
Ἠγήσασθαι μὲν τὸν διδάξαντά με τὴν τέχνην ταύτην ἴσα γενέτησιν ἐμοῖσι, καὶ βίου κοινώσασθαι, καὶ χρεῶν χρηρίζοντι μετάδοσιν ποιήσασθαι, καὶ γένος τὸ ἐξ ωυτέου ἀδελφοῖς ἴσον ἐπικρινέειν ἄρρεσι, καὶ διδάξειν τὴν τέχνην ταύτην, ἣν χρηρίζωσι μανθάνειν, ἄνευ μισθοῦ καὶ ζυγγραφῆς, παραγγελίης τε καὶ ἀκροήσιος καὶ τῆς λοιπῆς ἀπάσης μαθήσιος μετάδοσιν ποιήσασθαι υἱοῖσί τε ἐμοῖσι, καὶ τοῖσι τοῦ ἐμὲ διδάξαντος, καὶ μαθηταῖσι συγγεγραμμένοισί τε καὶ ὠρκισμένοις νόμῳ ἱητρικῷ, ἄλλῳ δὲ οὐδενί.	Praeceptorem quidem qui me hanc artem edocuit, parentum loco habiturum, eique cum ad victum, tum etiam ad usum necessaria, grato animo communicaturum et suppeditaturum. Eiusque posteros apud me eodem loco quo germanos fratres fore, eosque si hanc artem addiscere volent, absque mercede et syngrapha edocturum. Praeceptionum quoque et auditionum, totiusque reliquae disciplinae, cum meos et eius qui me edocuit liberos, tum discipulos qui Medico iureiurando nomen fidemque dederint, participes facturum, aliorum praeterea neminem.
Διαιτήμασί τε χρήσομαι ἐπ' ὠφελείῃ καμνόντων κατὰ δύναμιν καὶ κρίσιν ἐμὴν, ἐπὶ δηλήσει δὲ καὶ ἀδικίῃ εἶρξιν.	Victus quoque rationem, quantum facultate et iudicio consequi poterō, aegris utilem me praescripturum, eosque ab omni noxia et iniuria vindicaturum.
Οὐ δώσω δὲ οὐδὲ φάρμακον οὐδενί αιτηθείς θανάσιμον, οὐδὲ ὑπηγήσομαι ζυμβουλίην τοῖνδε. Ὅμοίως δὲ οὐδὲ γυναικὶ πεσσὸν φθόριον δώσω. Ἀγνώως δὲ καὶ ὀσίως διατηρήσω βίον τὸν ἐμὸν καὶ τέχνην τὴν ἐμὴν.	Neque cuiusquam precibus adductus, alicui medicamentum lethale propinabo, neque huius rei author ero. Neque simili ratione mulieri pessum subdititium ad foetum corrumpendum exhibebo, sed castam et ab omni scelere puram, tum vitam, tum artem meam perpetuo praestabo.
Οὐ τεμέω δὲ οὐδὲ μὴν λιθιδῶντας, ἐκχωρήσω δὲ ἐργάτησιν ἀνδράσι πρήξιος τῆσδε.	Neque vero calculo laborantes secabo, sed magistris eius artis peritis id muneris concedam.
Ἐς οἰκίας δὲ ὀκόσας ἂν ἐσίω, ἐσελεύσομαι ἐπ' ὠφελείῃ καμνόντων, ἐκτὸς ἐὼν πάσης ἀδικίης ἐκουσίης καὶ φθορίης, τῆς τε ἄλλης καὶ ἀφροδισίων ἔργων ἐπὶ τε γυναικείων σωματῶν καὶ ἀνδρῶν, ἐλευθέρων τε καὶ δούλων.	In quancunque autem domum ingressus fuero, ad aegrotantium salutem ingrediar, omnem iniuriae inferendae et corruptelae suspicionem procul fugiens, tum vel maxime rerum venerearum cupiditatem, erga mulieres iuxta ac viros, tum ingenuos, tum servos.
Ἄ δ' ἂν ἐν θεραπείῃ ἢ ἴδω, ἢ ἀκούσω, ἢ καὶ ἄνευ θεραπείης κατὰ βίον ἀνθρώπων, ἃ μὴ χρή ποτε ἐκλαλέεσθαι ἔξω, σιγήσομαι, ἄρρητα ἡγεύμενος εἶναι τὰ τοιαῦτα.	Quae vero inter curandum, aut etiam Medicinam minime faciens, in communi hominum vita, vel videro, vel audivero, quae minime in vulgus efferrī oporteat, ea arcana esse ratus, silebo.
Ὅρκον μὲν οὖν μοι τόνδε ἐπιτελέα ποιέοντι, καὶ μὴ ζυγχεόντι, εἴη ἐπαύρασθαι καὶ βίου καὶ τέχνης δοξαζομένῳ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐς τὸν αἰεὶ χρόνον. Παραβαίνοντι δὲ καὶ ἐπιποκοῦντι, τάναντία τουτέων.“	Hoc igitur iusiurandum si religiose observaro, ac minime irritum fecero, mihi liceat cum summa apud omnes existimatione perpetuo vitam felicem degere, et artis uberrimum fructum percipere. Quod si illud violavero et peieravero, contraria mihi contingant.

2 ed. Jones 1868. <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Perseus%3Atext%3A1999.01.0252>

1 [https://la.wikisource.org/wiki/Hippocrates\\_iusiurandum](https://la.wikisource.org/wiki/Hippocrates_iusiurandum)



## »NEQUE ... MEDICAMENTUM LETALE PROPINABO«

Scrispuit **Kurt Steinmann** philologus Helvetius<sup>1</sup>,  
in Latinum convertit LEO LATINUS



**Hippocrates recusat dona Artaxerxis regis Persarum.**  
*Pinxit Anne Louis Girodet de Roucy-Trioson a.1792.*

**Iusiurandum Hippocratis per saecula erat norma obligatoria, ad quam curatio medica dirigebatur. Quatenus hodie ordo medicorum professionalis adhuc dirigi potest ad normam bonorum fundamentalium, quae praecepta sunt ante duo milia quingentos annos?**

Hippocrates, fundator medicinae rationali-empiricae, hodie praecipuê nôtus est auctor iurisiurandi medicorum. Sed docti inter se dissentiunt, num Hippocrates ipse hoc iurisiurandum scripserit. A.1969 *Ernestus Tabeling* palaeophilologus adhuc scripsit »fieri non posse, ut origo hippocratica ullius scripti demonstraretur argumentis irrefutabilibus,

<sup>1</sup> «Ich werde nie ein tödliches Mittel verabreichen». Von Kurt Steinmann. p.58 sq. in: DIE WELTWOCHE, Nr.26 – 29.Juni 2017. Hoc periodicum hebdomadale editur Turico in urbe Helveticâ.

idemque valere etiam ad iusiurandum in »Corpore Hippocratico« traditum. Haec sententia reprobata est a *Carolo (Charles) Lichtenthaeler* collegâ eius in disquisitione iurisiurandi hippocratici prolixâ: »Verisimile est iusiurandum esse opus Hippocratis ipsius«. Lichtenthaeler putat iusiurandum illustre scriptum esse spatio, quod est inter annum 420 et 400 a.Chr.n. et aliter ac plerique investigatores contendit illud non iuratum esse tirocinio medico exeunte, sed ineunte.

In textu originali iusiurandum non plura complectitur verba quam ducenta quinquaginta. Hoc iusiurandum est textus sermonis prosaici artificiosi compositione atque elocutione pertractati et continet haud pauciores quam viginti figuras rhetoricas, quarum inveniuntur plus sexaginta exempla. Ex analysi autem, quae sequitur, apparebit idem iusiurandum esse opus excellentissimum.

### **Invocatio deorum iurisiurandi**

***»Per Apollinem Medicum, et Aesculapium, Hygiamque et Panaceam iureiurando affirmo et Deos Deasque omnes testor, me quantum viribus et iudicio valuerò, quod nunc iuro, et ex scripto spondeo plane observaturum«***

Quattuor dei eiusdem familiae invocantur huius ritûs iurandi testes, vades, iudices. Apollo invocatur medicus, cum sit deus purgationis, ordinis, harmoniae. Etiam eius filius Asclepius est deus sanandi, Hygia et Panacea sunt filiae Asclepii. Ambae nomina habent omininosa: »Valetudo« et »Sanatrix omnium«. Homo iurans pollicetur se iusiurandum planè observaturum esse, sed *quantum viribus et iudicio valuerit*.

### **Contractus tirocinii**

***»Praeceptorem quidem qui me hanc artem edocuit, parentum loco habiturum, eique cum ad victum, tum etiam ad usum necessaria, grato animo communicaturum et suppeditaturum. Eiusque posteros apud me eodem loco quo germanos fratres fore, eosque si hanc artem addiscere volent, absque mercede et syngraphâ edocturum. Praeceptionum quoque et auditionum, totiusque reliquae disciplinae, cum meos et eius qui me edocuit liberos, tum discipulos qui Medico iureiurando nomen fidemque dederint, participes facturum, aliorum praeterea neminem«***

Sicut illa invocatio deorum iurisiurandi etiam hoc praeceptum mutatione historicâ magnam partem irritum factum est. Homo iurans promittit se praeceptorem bene curaturum, parentum loco habiturum, eius filios apud se eodem loco ac germanos fratres fore. Cogitatio huius praecepti praecipua in iureiurando medicorum Genavensi, quod a.1948 conscriptum est effectum scelerum medicorum nacistarum, aliquatenus recepta est verbis quae sunt: »Collegae mei sint fratres mei«.

### **Praecepta moralia**

**»Victûs quoque rationem, quantum facultate et iudicio consequi potero, aegris utilem me praescripturum, eosque ab omni noxiâ et iniuriâ vindicaturum«.**

Medicus, quantum facultate et iudicio consequi poterit, oportet aegris utilem se praescribat – cfr locus illustris primi libri „Epidemiarum“ Hippocratis: »ut prosit aut saltem ne noceat« - necnon officio obligatur, ut aegros ab omni noxiâ et iniuriâ vindicet, undecumque veniunt, sive ex aegris ipsis sive ex aegrorum circumiectis. Hôc quoque loco promissum non valet nisi intra limites potestatis humanae.

**»Neque cuiusquam precibus adductus, alicui medicamentum letale propinabo, neque huius rei auctor ero. Neque simili ratione mulieri pessum subditivum ad foetum corrumpendum exhibebo«.**

Euthanasiâ et abactione partûs medico strictê interdicatur. Nescio an de his duobus thematibus tempore hodierno vehementissimê litigetur, si agitur de modo agendi medicorum morali (praeter cogitationes, quibus disceptatur, an praeceptum oeconomicum legis foederalis, quae spectat ad assecurationem aegrotorum KVG, fiat fundamentum ethicum medicinae). Sicut mors voluntaria ita abactio partûs antiquâ aetate saepe fiebat neque puniebatur contemptu sociali neque poenâ iuridicâ. Ergo praecepta huius iurisiurandi moralia non sunt illius aetatis communia, sed eadem a paucis tantum medicis comprobabantur, a pluribus vix respiciebantur. Iurisiurandum hippocraticum non valebat iure publico.

**»castam et ab omni scelere puram, tum vitam, tum artem meam perpetuo praestabo«.**

Iureiurando a medico postulatur, ut îdem exemplo sit moribus suis vitâque suâ agendâ. Medicus agat spiritu puritatis et sensu probi atque aequi directus.

**»Neque vero calculo laborantes secabo, sed magistris eius artis peritis id muneris concedam«.**

Docti inter se dissentiunt, utrum hîc praecepto tota chirurgia a muneribus medici excludatur an haec tantum sectio calculi laborantium, quae illâ aetate valdê erat periculosa ideoque videbatur discrepare a praecepto, quo medico omni ratione adiuvandum et fovendum est. Scilicet hanc partem iurisiurandi processu temporis irritam factam esse, sed fortasse adhuc valet sensu profundiore, quo non liceat omnia facere, quae ratione technicâ fieri possint.

**»In quamcumque autem domum ingressus fuero, ad aegrotantium salutem ingrediar, omnem iniuriae inferendae et corruptelae suspicionem procul fugiens, tum vel maximê rerum venerearum cupiditatem, erga mulieres iuxta ac viros, tum ingenuos, tum servos«.**

Medico nullo modo licet privilegiis suis male abuti. Oportet abstineat ab omni iniuriâ voluntariâ, maximê a rerum venerearum cupiditate, sine discrimine sexûs aut ordinis socialis. Primum in historiâ hominum verbis exprimitur cogitatio, qua homines patientes inter se sunt aequales.

**»Quae vero inter curandum, aut etiam Medicinam minimê faciens, in communi hominum vitâ, vel videro, vel audivero, quae minimê in vulgus effferri oporteat, ea arcana esse ratus, silebo«.**

Hoc est totius historiae medicinalis testimonium primum officii medicorum tacendi. Officium tacendi hîc multo latius valet quam in medicinâ modernâ.

**»Hoc igitur iusiurandum si religiosê observaro, ac minimê irritum fecero, mihi liceat cum summâ apud omnes existimatione perpetuo vitam felicem degere, et artis uberrimum fructum percipere. Quod si illud violavero et peieravero, contraria mihi contingant«.**

Iusiurando exeunte votum faustum dicitur observaturis, infaustum dicitur irritum facturis.

Quantopere ratio medicorum technica et imago professionalis annis duobus milibus quingentis elapsis mutatae sunt, tamen cogitatio iurisiurandi hippocratici humana, quâ ars medicinalis subiecta est gravissimae responsabilitati morali, adhuc valet. In Helvetiâ annis proximis praeteritis commissio quaedam novum proposuit iusiurandum, quod aptum est ad condiciones nostrae aetatis. Hoc quoque iusiurandum conscriptum est secundum cogitationem Hippocratis, quâ officii medicinalis suprema lex sit salus aegrotorum.

**Kurt Steinmann** est unus e clarissimis omnium palaeophilologis, qui antiquos textûs graecos convertunt in sermonem theodiscum. A.1999 in domo editoriâ Diogenis Turicensi editum est opus, c.t. »Das Leben des Diogenes von Sinope«. A.2007 Steinmann in domo editoriâ *Manesse* publici iuris fecit novam versionem suam »Odysseae«.Homericae. Eius versiones dramatum (»König Ödipus«, »Antigone«) emi possunt libellis Reclamianis editae.

**Hippokrates: Der Eid des Arztes.** Denuo theodiscê reddidit et publicavit Kurt Steinmann. Insel-Taschenbuch. 1996 (liber divenditus).

Novum iusiurandum medicorum Foundationis Helveticae „Dialog-Ethik“ legi potest in situ interretiali, qui sequitur: [www.dialog-ethik.ch/der-eid](http://www.dialog-ethik.ch/der-eid)

## SYMBOLAM

### A

## KURT STEINMANN DE HIPPOCRATE SCRIPTAM ET IN PERIODICO TURICENSI PUBLICATAM

«Ich werde nie ein tödliches Mittel verabreichen»

*DIE WELTWOCHEN*, Nr.26 – 29.Juni 2017, p.58 sq.

## IN LATINUM CONVERTIT NICOLAUS GROSS LEO LATINUS



<http://www.leolatinus.de/>

# PRIMUM NON NOCERE

## SECUNDUM CAVERE TERTIUM SANARE

[https://de.wikipedia.org/wiki/Primum\\_non\\_nocere](https://de.wikipedia.org/wiki/Primum_non_nocere)

*Primum non nocere* sive *primum nihil nocere* sive *primum nil nocere* (graecê **μὴ βλάπτειν**, ‘*non nocere*’, i.e. ‘*noli nocere!*’), est praeceptum, cui Hippocrates eiusque discipuli summam vim attribuunt ad moralitatem medici agentis. Quod solet recitari duobus additamentis suppletum: “*primum non nocêre, secundum cavêre, tertium sanare*”.

[https://en.wikipedia.org/wiki/Primum\\_non\\_nocere](https://en.wikipedia.org/wiki/Primum_non_nocere)

*Primum non nocere* est locutio Latina. Interdum dicitur: *primum nil nocere*.

...

**Origo** huius locutionis est incerta. Nonnullis versionibus Iuris Iurandi Hippocratici promittitur *abstinentia a nocendo* (Graecê: ἐπι δηλήσει δὲ καὶ ἀδικίῃ εἶρξεν), sed non accuratê redditur illa sententiola. Fortasse versio propinquissima legitur **in Corporis Hippocratici Epidemicis: Medicus debet respicere duas res speciales quoad morbum, i.e. benefacere aut non nocere** (Liber I, sect. 11: ἀσκέειν, περὶ τὰ νοσήματα, δύο, ὠφελείιν, ἢ μὴ βλάπτειν).

Secundum *Gonzalo Herranz* Professore ethicae medicinalis in Universitate Navarriensi, verba q.s. *Primum non nocere*, in litteras medicinales Americanas atque Britannicas introducta sunt a **Worthington Hooker** in libro **a.1847** divulgato, c.t. a.1847. Hooker ipse autem haec verba attribuit pathologo et clinico Parisino **Augusto Francisco Chomel (1788–1858)**, qui fuit successor ipsius **Laennec** et praeceptor **Petri Ludovici**.

Apparet hoc praeceptum, q.e. *Primum non nocere*, a *Chomelio* scholas academicas habente saepius vivâ voce dictum esse<sup>1</sup>. Sed *Hooker* citat etiam opus vetustius ab **Elishâ Bartlett**<sup>2</sup> scriptum, qui p.288–289 dicit: »*Axioma aureum Chomelii, secundam tantum esse legem therapeuticam,*

<sup>1</sup> "The origin of *primum non nocere*." [British Medical Journal](#) electronic responses and commentary, 1 September 2002.

<sup>2</sup> An Essay on the Philosophy of Medical Science, Lea & Blanchard, 1844.

*bene faciendi, primam esse – non nocendi – gradatim inire mentem medicorum multitudini morborum praevenientem incalculabili.*«

Tamen *Hooker* neque usus est huius praecepti expressione specificâ neque sententiâ Latinâ traditâ. Investigatio originis huius aphorismi accurata facta est a pharmacologo clinico *Cedric M. Smith* m.Apr. a.2005<sup>1</sup>.

Locus testis praecepti non nocendi usque nunc inventus invenitur in opere *Thomae Sydenham* (1624-1689)<sup>2</sup>. Sed verisimile est testimonia inveniri posse etiam vetustiora; ceterum ignotus esse videtur fons primus totius praecepti tripertiti, quod est: ***Primum non nocere, secundum cavere, tertium curare.*** Restat, ut historici medicinae pergant investigare fontes praecepti totius medicinae illustrissimi; nam – ut ait *Lucretius* – ***Felix qui potuit rerum cognoscere causas.***

**SCRIPSIT  
LEO LATINUS**

---

1 *Smith, C. M.* (2005). "Origin and Uses of *Primum Non Nocere* – Above All, Do No Harm!". *The Journal of Clinical Pharmacology*. **45** (4): 371–77. doi:10.1177/0091270004273680. PMID15778417. S2CID41058798.

2 *Thomas Inman* (1860), *Foundation for a New Theory and Practice of Medicine*. cfr *Hays, Isaac* (ed.). "Book review of *Foundation for a New Theory and Practice of Medicine*". *The American Journal of the Medical Sciences*. Philadelphia, PA: Blanchard and Lea. **XL**: 450–58.

[http://forumromanum.org/literature/scribonius\\_largus/compositiones.html](http://forumromanum.org/literature/scribonius_largus/compositiones.html)

## **Scribonius Largus Compositiones**

ed. Georgius Helmreich, *Scribonii Largi Compositiones*

Leipzig: Teubner, 1887

### **SCRIBONIUS LARGUS CALLISTO SUO S.**

Inter maximos quondam habitus medicos Herophilus, Cai Iuli Calliste, fertur dixisse medicamenta divinas manus esse, et id quidem non sine ratione, ut mea fert opinio: prorsus enim quod tactus divinus efficere potest, id praestant medicamenta usu experientiaque probata. Animadvertimus itaque saepe inter deliberationes contentionesque medicorum auctoritate praecellentium, dum quaereretur, quidnam faciendum aut qua ratione succurrendum esset aegro, quosdam humiles quidem et alioquin ignotos, usu vero peritiores, vel — quod fateri pudet — longe summos a disciplina medicinae ac ne adfines quidem eius professioni, medicamento efficaci dato protinus velut praesenti numine omni dolore periculoque liberasse aegrum. Quamobrem spernendi sunt, qui medicinam spoliare temptant usu medicamentorum, non a medendo, sed a potentia effectuque medicamentorum ita appellatam, probandi autem, qui omni modo succurrere periclitantibus student. Ego certe aliquotiens magnum scientiae consecutus sum titulum ex usu prospere datorum medicamentorum multosque ex eadem causa non mediocrem gloriam tulisse memini. Est enim haec pars medicinae ut maxime necessaria, ita certe antiquissima et ob hoc primum celebrata atque inlustrata, siquidem verum est antiquos herbis ac radicibus earum corporis vitia curasse, quia timidum genus mortalium inter initia non facile se ferro <ignique> committebant. Quod etiam nunc plerique faciunt, ne dicam omnes, et nisi magna compulsi necessitate speque ipsius salutis non patiuntur sibi fieri, quae sane vix sunt toleranda. Cur ergo aliqui excludant medicinam usu medicamentorum, non invenio, nisi ut detegant imprudentiam suam. Sive enim nullum experimentum eius generis remediorum habent, merito accusandi sunt, quod tam neglegentes in tam necessaria parte <artis> fuerint, sive experti quidem sunt eorum utilitatem, denegant autem usum, magis culpandi sunt, quia crimine invidentiae flagrant, quod malum cum omnibus animantibus invisum esse debet, tum praecipue medicis, in quibus nisi plenus misericordiae et humanitatis animus est secundum ipsius professionis voluntatem, omnibus diis et hominibus invisum esse debent. Idcirco ne hostibus quidem malum medicamentum dabit, qui



sacramento medicinae legitime est obligatus; sed persequetur eos, cum res postulaverit, ut miles et civis bonus omni modo, quia medicina non fortuna neque personis homines aestimat, verum aequaliter omnibus implorantibus auxilia sua succursuram se pollicetur nullique umquam nocituram profitetur.

**Hippocrates**, conditor nostrae professionis, initia disciplinae ab iureiurando tradidit, in quo sanctum est, ne praegnati quidem medicamentum, quo conceptum excutitur, aut detur aut demonstratur a quoquam medico, longe praeformans animos discentium ad humanitatem. **Qui enim nefas existimaverit spem dubiam hominis laedere, quanto scelestius perfecto iam nocere iudicabit?** Magni ergo aestimavit nomen decusque medicinae conservare pio sanctoque animo quemque secundum ipsius propositum se gerentem: **scientia enim sanandi, non nocendi est medicina.** Quae nisi omni parte sua plene incumbat in auxilia laborantium, non praestat quam pollicetur hominibus misericordiam. Desinant ergo, qui prodesse adflictis aut nolunt aut non possunt, alios quoque deterrere negando aegris auxilia, quae per vim medicamentorum frequenter exhibentur. **Etenim quasi per gradus quosdam medicina laborantibus succurrit.** Nam **primum** cibus ratione aptoque tempore datis temptat prodesse languentibus; **deinde** si ad hos non responderit curatio, ad medicamentorum decurrit vim: potentiora enim haec et efficaciora quam cibi. **Post** ubi ne ad haec quidem cedunt difficultates adversae valetudinis, tunc coacta ad sectionem vel ultimo ad ustionem devenit. At Asclepiades, maximus auctor medicinae, negavit aegris danda medicamenta: quidam enim hoc mendacio etiam pro argumento utuntur. Poteram tamen, si verum id esset, dicere: Viderit Asclepiades, quid senserit; forsitan non omnino in hanc partem animum intendit. Homo fuit, parum feliciter se in hoc negotio gessit. Non deterreor persona, cum rem tam manifeste prodesse videam. Nunc vero cum tam impudenter comminiscantur de eo, quid possum ultra dicere nisi genere quodam parricidium ac sacrilegium eos committere, qui haec dicunt? Ille enim febricitantibus vitiisque praecipitibus correptis, quae ὀξεία πάθη Graeci dicunt, negavit medicamenta danda, quia cibo vinoque apte interdum dato remediari tutius eos existimavit. Ceterum in libro, qui παρασκευῶν, id est praeparationum inscribitur, contendit ultimae sortis esse medicum, qui non ad singula quaeque vitia binas ternasve compositiones expertas et protinus paratas habeat. Vides ergo,

quam non placeat Asclepiadi usus medicamentorum, cui nisi plura quis ad quodque genus vitii medicamenta conposita habeat, non videtur dignus professione medicinae? Sed ista licentia nomine tantummodo medicorum propter quorundam negligentiam latius processit. Raro enim aliquis priusquam se suosque tradat medico, diligenter de eo iudicat, cum interim nemo ne imaginem quidem suam committat pingendam nisi probato prius artificio per quaedam experimenta atque ita electo. Habeant itaque omnes pondera atque mensuras exactas, ne quid erroris in rebus non necessariis accidat: videlicet quia sunt quidam, qui pluris omnia quam se ipsos aestimant. Itaque sublata est studendi cuique necessitas et non solum antiquos auctores, per quos consummatur professio, quidam ignorant, sed etiam comminisci falsa de iis audent. Ubi enim delectus non est personarum, sed eodem numero malus bonusque habetur, <disciplinae ac sectae observatio perit> quodque sine labore potest contingere idemque dignitatis utilitatisque praestare videtur posse, unus quisque id magis sequitur. Sic ut quisque volet, faciet medicinam. Quosdam enim a perverso proposito nemo potest movere et sane omnibus permisit liberum arbitrium magnitudo professionis. Multos itaque animadvertimus unius partis sanandi scientia medici plenum nomen consecutos.

Nos vero ab initio rectam viam secuti nihil prius totius artis perceptione, qua homini permittitur, iudicavimus, quia ex hac omnia commoda nos consecuturos existimabamus, non medius fidius tam ducti pecuniae aut gloriae cupiditate quam ipsius artis scientia. Magnum enim et supra hominis naturam duximus posse aliquem tueri vel recipere suam et unius cuiusque bonam valetudinem. Itaque ut ceteris partibus disciplinae, ita huic quoque, quae per medicamenta virtutem suam exhibet, curiose institimus, eo magis quod percipiebamus in dies ex usu profectus eius, quos interdum supra fidem atque opinionem plurimorum exhibebamus. Sed quid ultra opus est probare necessarium usum esse medicamentorum, praecipue tibi, qui quia percepisti utilitatem eorum, idcirco a me conpositiones quasdam petisti? Ego autem memor humanitatis tuae candorisque animi tui, quem omnibus quidem hominibus plene, mihi autem etiam peculiariter praestas, non solum quas desiderasti, verum etiam si quas alias expertas in praesenti habui, in hunc librum contuli. Cupio enim medius fidius, qua possum, tuae in me tam perseveranti benevolentiae respondere adiutus omni tempore a te, praecipue vero his

diebus. Ut primum enim potuisti, non es passus cessare tuae erga me pietatis officium tradendo scripta mea latina medicinalia deo nostro Caesari, quorum potestatem tibi feceram, ut ipse prior legeres simpliciterque indicares mihi, quid sentiret: plurimum enim iudicio tuo tribuo. Tu porro candidissimo animo et erga me benevolentissimo diligentiam meam sub tanti nominis editione non verbis, sed re probasti periculumque non minus tu iudicii quam ego stili propter me adisti, quo tempore divinis manibus laudando consecrasti. Fateor itaque libenter unicas me tibi gratias agere, quod et prius quam rogaveris consummasti amicissimo adfectu vota mea <et> quod contigit mihi favore plenissimo tuo maturiorem percipere studii huius mei fructum ac voluptatem. Ignosces autem, si paucae visae tibi fuerint conpositiones et non ad omnia vitia scriptae: sumus enim, ut scis, peregre nec sequitur nos nisi necessarius admodum numerus libellorum. Postea tamen, si et tibi videbitur, ad singula quaeque vitia plures conpositiones colligemus. Oportet enim copiam quoque earum selectam haberi, quoniam revera quaedam quibusdam magis et non omnes omnibus conveniunt propter differentiam scilicet corporum. Quarum initium a capite faciemus, summum enim et primum locum hoc obtinet, dantes operam, ut simplicia prima ponamus: interdum enim haec efficaciora sunt quam ex pluribus conposita medicamenta. Erit autem nota denarii pro Graeca drachma: aequae enim in libram  $\text{X}$  octoginta quattuor apud nos, quot drachmae apud Graecos incurrunt. Primum ergo ad quae vitia conpositiones exquisitae et aptae sint, subiecimus et numeris notavimus, quo facilius quod quaeretur inveniatur; deinde medicamentorum, quibus conpositiones constant, nomina et pondera vitiis subiunximus.

# DE CODICE NORIMBERGENSI

[https://de.wikipedia.org/wiki/N%C3%BCrnberger\\_Kodex](https://de.wikipedia.org/wiki/N%C3%BCrnberger_Kodex)

**CODEX NORIMBERGENSIS** est praeceptum ethicum, quod spectat ad experimenta in homine praeparanda atque perficienda medicinalia et psychologica et alia. Ex illo tempore, quo in sententiâ iudiciali Causae Medicorum Norimbergensis (1946/1947) enuntiandâ primum verbis expressus est, est unum ex principiis medicinae ethicis, quae docentur alumnorum medicinae tirocinio, similiter ac IUS IURANDUM GENAVENSE. CODICE NORIMBERGENSI praecipitur -

*»ut absolutê necessarium sit personam probandam assentiri voluntariê. Id est oportere, ut haec persona sensu iuridico apta sit ad assensum suum exprimendum; ut eadem apta sine vi, fraude, dolo, concussionem, circumscriptionem aut aliquo genere alio persuadendi aut cogendi, ûti possit facultate suâ iudicandi; ut disciplinae, de quâ agitur, singularitates tam sufficienter noverit et intellexerit, ut intelligens et certior factus decernere sciat.«.*

Codex Norimbergensis scriptus est propter scelera tempore socialismi nationalis contra humanitatem commissa, praesertim experimenta medicinalia scelestas et sterilizationes coacticias.

Causa medicorum Norimbergensis iudicialis ideoque etiam hora natalis Codicis medicorum Norimbergensis a.1997 quinquagesimâ vice celebratae sunt. Grex Norimbergensis regionalis IPPNW (Medicorum Internationalium Belli Atomici Prohibendi) hîc iubilaeo usus est, ut conventum, c.t. „Medicina et Conscientia“ a.1996, recordatus sollemnitate celebranda in memoriam revocaret principia fundamentalia Codicis a.1947 et ut Codicem Norimbergensem a.1997 referret ad quaestiones ethicae medicinalis.

## Decem Principia Codicis Norimbergensis

**Declaratio I. Aulæ Iudicialis Americanae de „licitis experimentis medicinalibus“**  
[https://de.wikipedia.org/wiki/N%C3%BCrnberger\\_Kodex](https://de.wikipedia.org/wiki/N%C3%BCrnberger_Kodex)

**1. Absolutê necessarium est, ut persona probanda sensu iuridico apta sit ad assensum suum exprimendum; ut eadem apta sine vi, fraude, dolo, concussionem, circumscriptionem aut aliquo genere alio persuadendi aut cogendi ûti possit libertate suâ eligendi.**

Propter hanc condicionem postremam necessarium est, ut persona probanda, antequam assensus eius est acceptus, certior fiat de qualitate et diuturnitate et fine experimenti; deinde de methodo et subsidiis, quae adhibenda sunt, de omnibus incommodis et periculis, quae ritê exspectantur, et de effectibus, quos participatio experimenti habere potest ad valetudinem aut ad personam ipsam. Omnis homo, qui experimentum praescribit aut dirigit aut persequitur, est obligatus et responsalis, ut observet, quantum valeat assensus personae probandae. Haec est personalis obligatio et responsalitas, quae non impune tradi potest ad alios.

**2. Experimentum ita est instituendum, ut exspectanda sint resultata saluti societatis fertilia, quae non aliis subsidiis investigandi methodisve accipi possint. Idem naturâ suâ ne sit arbitrarium neve supervacaneum.**

**3. Experimentum est ita praedisponendum et resultatis experimentorum in bestiis factorum et scientia naturae cognoscendae praeparandum, ut resultatis exspectandis ratio reddi possit experimenti persequendi.**

**4. Experimentum est ita exsequendum, ut omnes passiones detrimentaque et corporis et animae non necessariae evitentur.**

**5. Ne quis quid experimentum persequatur, si in antecessum iam iustê potest putari eodem factum iri mortem aut detrimentum continuum, ubi plurimum, illis tantum experimentis exceptis, in quibus moderator simul est persona probanda.**

**6. Periculum ne umquam transgrediatur illos limites, qui definiti sunt vi humanitariâ problematis solvendi.**

**7. Procurandae sunt praeparationes sufficientes et apti apparatus, ut persona probanda protegatur contra periculum vel minimum violationis aut detrimenti continui aut mortis.**

**8. Ne quis experimentum persequatur nisi personae ratione scientificâ erudita. In omnibus experimenti gradibus postulanda est maxima cautio et sollertia ab iis, qui experimentum dirigunt et persequuntur.**

**9. Inter experimentum necesse est, ut personae probandae permittatur liberê discernere, ut experimentum finiat, quodcumque condicione suâ corporali vel psychicâ tantum progressa est, ut sibi impossibile videatur experimentum continuare.**

**10. Processu experimenti moderator oportet omni tempore sit paratus experimentum abrumpere, si bonâ fide a se postulât et peritiâ suâ eximiâ et arbitrio diligenti non potest quin coniciat experimento continuando effici posse, ut persona probanda patiatur aut violationem aut detrimentum continuum aut mortem.**

# UNIO MEDICORUM MUNDANA DECLARATIO GENAVENSIS IUS IURANDUM MEDICORUM

PARTICEPS PROFESSIONIS MEDICINALIS CUM SIM, SOLLEMNITER IURO ME VITAM MEAM TRADITURUM ESSE MINISTERIO HUMANITATIS.

SUMMAE CURAE MIHI ERUNT VALETUDO SALUSQUE MEAE MEIQUE PATIENTIS.

RESPICIAM AUTONOMIAM ET DIGNITATEM MEAE MEIQUE PATIENTIS.

SUMMUM RESPECTUM TENEBO ERGA VITAM HUMANAM.

NON PERMITTAM RATIONES AETATIS, MORBI DEBILITATISVE, FIDEI RELIGIOSAE, ORIGINIS ETHNICAE, SEXÛS, NATIONALITATIS, PROPRIETATIS POLITICAE, PHYLAE, INCLINATIONIS SEXUALIS, STATÛS SOCIALIS AUT QUAMCUMQUE ALIAM RATIONEM INTERVENIRE MEIS OFFICIIS ET MEAE MEOQUE PATIENTI.

SECRETA MIHI CREDITA SERVABO ETIAM TRANS MORTEM MEAE MEIVE PATIENTIS.

PROFESSIONEM EXERCEBO OPTIMA SCIENTIA ARTIS ET CONSCIENTIA MORALI, CUM DIGNITATE ET CONGRUENTER BONAE PRAXI MEDICINALI.

FOVEBO HONOREM ET NOBILES MORES TRADITOS PROFESSIONIS MEDICAE.

ERGA MAGISTRAS MEAS MAGISTROSQUE ET MEAS MEOSQUE COLLEGAS ET DISCIPULAS DISCIPULOSQUE REVERENTIAM ANIMUMQUE GRATUM PRAESTABO.


SCIENTIAM MEAM MEDICINALEM COMMUNICABO IN SALUTEM MEAE MEIQUE PATIENTIS ET IN VALETUDINIS PROCURATIONEM FOVENDAM.

PROSPICIAM PROPRIAE VALETUDINI ET SALUTI ET FACULTATIBUS MEIS, UT PRAESTARE POSSIM CURATIONEM QUAM OPTIMAM.

NON ABUTAR SCIENTIA MEA MEDICINALI, ETIAM PERICULO IMMINENTE, AD VIOLATIONEM IURUM HUMANORUM ET LIBERTATUM CIVILIUM.

HAEC IURO SOLLEMNITER ET ULTRO ET PER MEUM HONOREM.

# ECCE VACCINATOR MUNDI



**TEMPUS EST VACCINANDI !**

*Oboediemus!*


*Vilelmus nos servavit!*

*Habemus assulas nostras digitales!*

*Amamus te, Magne Frater!*

<https://www.armstrongeconomics.com/world-news/population/the-hypocrisy-behind-the-vaccines/>

# HYPOCRISIS VENEFICA





# THE WALL STREET JOURNAL.

Home World U.S. Politics Economy **Business** Tech Markets Opinion Life & Arts Real Estate WSJ Magazine

THE WEALTH REPORT

## Billionaires Try to Shrink World's Population, Report Says

By Robert Frank

May 26, 2009 11:57 am ET

Last week's meeting of the Great and the Good (or the Richest and Richer) was bound to draw criticism.

The New York meeting of billionaires Bill Gates, Warren Buffett, David Rockefeller, Eli Broad, George Soros, Ted Turner, Oprah, Michael Bloomberg and others was described by the [Chronicle of Philanthropy](#) as an informal gathering aimed at encouraging philanthropy. Just a few billionaires getting together for drinks and dinner and a friendly chat about how to promote charitable giving.



Associated Press

**DELIBERA:**  
**NUM ISTUD CREDITU DIGNUM EST?**  
**NONNE EST SUSPICIOSUM?**  
**IIDEM HOMINES QUI PUTANT TERRAM ESSE NIMIS**  
**POPULOSAM, DICUNT SE POSSE SERVARE VITAM TUAM**  
**VACCINO!**

RELATIO DIVITIARUM

**Miliardarii conantur mundi populationem<sup>1</sup> deminuere.**

d.26. m.Maii a.2009 h.11:57 Robertus Frank

Conventus septimanae proximae Magnorum et Bonorum (vel potius Divitum Divitiorumque) aptus erat ad criticos attrahendos. Conventus Neo-Eboracensis Miliardariorum, qui sunt *Bill Gates, Warren Buffett, David Rockefeller, Eli Broad, George Soros, Ted Turner, Oprah, Michael Bloomberg* et al. in *Chronicali Philanthropiae* descriptus est conventus non-formalis philanthropiae refocillandae. Nonnulli miliardarii

1 **populātiō**, ōnis f. angl. *population*, theod. *Bevölkerung*. cfr ThLL 10.1.2, 2706, 70-75: 2. **populatio**, ōnis f. a 1. *populus* i.q. *turba hominum*: SEDVL. Carm.4,275 *Lazaro mortuo* flebant germanae, flebat populatio praesens (*op. pasch. 4,21* turba consistens). GREG.TUR. glor. conf. 33 (*vix ad l.63sqq.*) *puella* in rure conmanens, quo ab urbica populatione (populositate var. l.) submota liberius *deum laudaret*. GLOSS.I Ansil.Po 303 *populatio* (-em? edd.): *populos multos*.

congregantur combibentes et cenantes comiter garrunt de donationibus caritatis causâ fovendis...

RESPONSIO: Vide verum problema esse media diurnaria. Non iam habemus organizationes diurnarias, qui velint referre veritatem de omnibus his quaestionibus politicis aut umquam serio investigare aliquam rem huiusmodi. Gatesius dirigit clandestinam congregationem, in quâ venditet consilium suum populationis mundi deminuendae. Ephemeris, c.t. „*Guardian*“ de hac re refert illos (sc. miliardarios) esse „Coetum Bonum“, quod mihi videtur idem dolus mercatorius, quo certa fit mors tua, sed qui appellatur „assecuratio vitae“. E contrario assecurationes incendii et furti et accidentiae appellantur nomine suo proprio.

Quia numquam vendere potuissent „assecuracionem mortis“, nomen mutaverunt eo quod appellaverunt „assecuracionem vitae“; quo effectum est, ut omnis eandem vellet emere. Idem fecerunt de **ABORTIONE**. Nam non iam dixerunt istam esse vitae infantilis exterminationem eo quod argumentati sunt eundem non habere ius humanum usque dum nasceretur, et abortionis rationem reddiderunt dicentes mulieribus esse ius de corpore proprio decernendi. *Justice Ginsberg* autem clarê dixit **NUMQUAM** actum esse de mulierum iuribus, sed de populatione minoritatum deminuendâ, cum pater *Gatesii* commendaret parentalitatem praedispositam et clinica sua inseruit areis minoritatum.


Hîc se ipsos venditant sub nomine q.e. „*Coetus Bonus*“, quod nihil valet nisi unum – conventum maleficum minus bonum quam bellicum. Ephemeris „*Guardian*“ scribit haec:

*»Nomina nonnullorum membrorum sunt bene nota: Bill Gates, George Soros, Warren Buffett, Oprah Winfrey, David Rockefeller, Ted Turner. Sed sunt etiam alii, velut negotiatores gigantei quales sunt Eli et Edythe Broad, qui etiam sunt divites, sed minus bene nôti. In summâ dicuntur membra valere 125 miliardas dolariorum.«*

Conventus – ad quem invitaverant *Gates* et *Buffett* et *Rockefeller* – factus est respondens recessui oeconomiae globali necnon crisis valetudinis et

circumiectionibus, quibus vexatur globus terrestris. Fuit aliquatenus conventus summitarius mundi servandi.

In hōc conventu Gatesius studuit alios adiutores se suumque finem verum populationis deminuendae sub praetextu crisis financialis annorum 2007-2009, quamvis eadem effecta esset propter hypothecas exaggeratas. Tamen Gatesius callidē conventum duxit ad vera proposita sua problemata valetudinis globalis et superpopulationis morbique inter se commiscendis.



Equidem mente fingere non possum, quomodo aliquis tantopere obsessus sit ideâ superpopulationis et simul velit vaccina creare, ut populatio augeatur. Pessimum est ne unus quidem diurnarius fluminis praecipui audet tam verê de hac re referre eamque investigare, ut sit nomine diurnarii dignus.

**De Vilelmuli Portarii**  
*(vulgo Bill Gates)*  
**HYPOCRISI VENEFICA**  
 scripsit  
**A.2009 (sic!)**  
**Robertus Frank**  
 relator ephemeridis,  
 c.t. „Wall Street Journal“,  
 in Latinum convertit  
**Leo Latinus.**

# CINEMATA

## AD VENEFCIUM PSEUDOVACCINATORIUM SPECTANTIA

### »Cinema Magnae Reinitiationis« cinema in Hispaniâ confectum

#### TEXTUS ORIGINALIS HISPANICUS

[https://odysee.com/@thebigreset:1/20220831\\_TBR\\_ESP:1](https://odysee.com/@thebigreset:1/20220831_TBR_ESP:1)

THE BIG RESET MOVIE (ESP) September 11th, 2022

#### VERSIO ANGLICA

<https://vk.com/@secretxgovernment-thebigresetlt-the-big-reset-movie-the-uncensored-documentary>

thebigreset< ( <https://thebigresetmovie.com/> )

THE BIG RESET MOVIE : The uncensored documentary about the truth of the pandemic ( English Version ) 2022

#### VERSIO THEODISCA

<https://gloria.tv/post/19wF9CPyJZVe2GbPgKG7LYCaT#5>

29. Okt. 2022

#### VERSIO FRANCOGALLICA

<https://www.francesoir.fr/culture-cinema/big-reset-un-documentaire-la-bande-annonce-explosive>

<https://www.pi-news.net/2023/01/betet-fuer-die-geimpften/>

#### VERSIO ITALICA

<https://www.bitchute.com/video/vxYCOFfMeQME/>

THE BIG RESET MOVIE (ITA) - Il documentario senza censure sulla verità della pandemia

<https://rumble.com/v27mtsg-pltzliche-todesfille-und-zusammenbrche-08.01.23-25.01.23-alle-unter-38j.-ber.html>

<https://auf1.tv/corona-fakten-auf1/michael-yeardon-corona-wird-fuer-die-globale-gleichschaltung-inszeniert/>

<http://www.vaxtestimonies.org/de/>

<https://www.servustv.com/aktuelles/a/reportage-im-stich-gelassen-die-covid-impfopfer/201058/>

<https://www.servustv.com/aktuelles/a/reportage-covid-impfopfer-geschaedigte-die-es-nicht-geben-darf/202889/>

<https://www.youtube.com/watch?v=LT3RLV4gVMk>

Cancer acceleratus post vaccinationem covidianam

### »SUBITO MORTUUS«

<https://rumble.com/v1q1u1m-died-suddenly-official-trailer-streaming-november-21st.html>

<https://odysee.com/@thetwelfthmonkey:0/Died-Suddenly:95> textus originalis anglicus

<https://odysee.com/@impfen-nein-danke:b/Died-Suddenly-deutsche-Sprecher:9> versio theodisca

<https://www.redezeit.net/2022/11/22/ploetzlich-verstorben-died-suddenly-stew-peters-deutsche-uebersetzung/>

<https://la-verite-vous-rendra-libres.org/died-suddenly-le-documentaire-choc-deja-traduit-en-francais-depuis-sa-sortie-lundi-21-novembre-2022-a-voir/> versio francogallica

<https://odysee.com/@RelojProfetico:c/Muri%C3%B3-Repentinamente---Died-Suddenly---Documental---Espa%C3%B1ol:c> versio hispanica

<https://www.sabinopaciolla.com/died-suddenly-il-documentario-sulle-morti-improvvisate-con-sottotitoli-in-italiano/> versio italica

# ALBERTUS VENEFICUS

## A REBELLIBUS INTERROGATUS

Ecce omnes quaestiones, quas in *Foro Mundi Oeconomico Davosiensi* posuimus *Alberto Bourla*, Officiario Capitali Executivo negotiationis pharmaceuticae, cui nomen est **PFIZER**. 30 ferè quaestiones sunt positae ab *Ezrâ Levant* et *Avi Yemini*, sed capito Pfizerianus nullas habuit responsiones publicè êdendas. Scripserunt *Nuntii Rebelles (Rebel News)* d.18. m.Ian. a.2023.



<https://www.rebelnews.com/every-question-we-asked-pfizer-ceo-albert-bourla>

*M. Mart. a.2020, Organizatio Valetudinis Mundana (WHO) declaravit morbum covidianum esse pandemiam globalem. M. Dec. vaccina facta sunt hominibus accessibilia. Ex illo tempore et causis variis miliones hominum ubique terrarum haec vaccina in dubium vocaverunt.*

*Diurnarii fluminis praecipui saepe negligunt has dubitationes dicentes esse conspirationes et recusantes, ne ponant has quaestiones difficiles praepositis industriae pharmaceuticae, qui emunt spatium praeconationis commercialis in programme nuntiorum fluminis praecipui. Haec est causa, cur grex noster Rebellium versetur Davosii in Helvetiâ, ubi hac septimanâ Forum Mundi Oeconomicum habet conventum suum summitarium – itaque possumus ponere quaestiones graves – sive alii ponere non possunt sive nolunt. Grex noster, qui ducitur ab Ezrâ Levant Capitone Rebellium et ab Avi Yemini praeceptore graphei Australiensis, id curavit, ut incideremus in Albertum Bourla Officiarium Capitalem Executivum (CEO) in viis Davosiensibus, ubi posuimus quaestiones, quarum responsiones homines mundi volunt accipere. Si nondum spectasti totam interactionem, spectare potes infra: Hîc est index omnium quaestionum, quas posuerunt Ezra et Avi Alberto Bourlae, qui nihil respondit nisi „Multas gratias vobis ago“ et „Sit vobis dies iucundus“.*

- 1. Quando cognovisti vaccina non impedire transmissionem?
- 2. Quamdiu hoc noveras clam publico?
- 3. Cur secretum celavisti, quod vaccinum non impedit transmissionem?
- 4. Dixisti tuum vaccinum esse efficaciam primo centum partium pro centum (100%), deinde nonaginta (90%), tum octoginta (80%), denique septuaginta (70%) — sed nunc nos novimus vaccina tua omnino non impedire transmissionem. Cur hoc secretum celavisti?
- 5. Nonne tempus est coram mundo te excusandi? Illas terras remunerandi, quae omnem pecuniam suam profuderunt pro vaccino quod non est efficax?
- 6. Nonne te pudet rerum quas fecisti hoc biennio?
- 7. Gloriarisne de rebus a te hoc biennio factis?
- 8. Miliones dolariorum sumptibus hominum victum suum modicum quaerentium cum lucratus sis, quo affectu animi tu — ut es milionarius - ambulas sumptibus hominum communium in Australiam et Angliam et Canadam domi versantium?
- 9. Quid cogitas de navi tuae aerei? Quid cogitas de tuo aeroplano hydraulico?
- 10. Nonne sollicitaris de producti inefficacia praestanda?
- 11. Nonne sollicitaris de myocarditide?
- 12. Quid tibi videtur de mortibus subitaneis?
- 13. Quid habes dicendum de iuvenibus omni die infarctu myocardii morientibus?
- 14. Quid est, cur nolis respondere ad has quaestiones fundamentales? Nonne vis veniam petere?
- 15. Nonne cogitas te in crimen vocandum esse propter nonnulla facinora, quorum tu fuisti particeps?
- 16. Quantum pecuniae lucratus es tu ipse vaccino vendito?
- 17. Quot vaccinationes reintegrativae tibi videntur esse necessariae, ut tu lucro tuo contentus satureris?

- 18. Quem hîc secreto convenisti?
- 19. Nonne vis nobis effutire, quem conveneris?
- 20. Cui solvisti pecunias commissionis?
- 21. Tempore praeterito Pfizeriani solverunt multam 2,3 miliardarum propter commercium deceptorium. Tale facinus interim repetivisti?
- 22. Nonne negotia tua a biocolytis investigantur, quia in suspicionem venisti commercii deceptorii, ut prius iam factum est?
- 23. Si quodcumque productum aliud non tam utile tamque efficax est quam productor promisit, îdem emptorem remuneratur. Nonne debes remunerari terras, quae solverunt miliardas pro tuo vaccino inefficaci?
- 24. Tune cum diurnariis non colloqueris nisi cum tibi faventibus? Estne ita, quia nescis, quid quaestionibus responsurus sis?

<https://www.google.com/search?client=firefox-b-d&q=bourla+rebel+news>



## Vicaria Pfizeriana: Nullo indicio demonstratum esse vaccinatione inhiberi transmissionem viralem



Scriptisit [Matthias Nikolaidis](#)

Latinê reddidit Leo Latinus

d. Saturni, 15. m.Oct. a.2022

*Ianina Small* dispensatrix Pfizeriana audivit quaestiones parlamentariorum Unionis Europaeae – et plerisque auditis tacuit perseveranter. Tamen unum prodidit: ***Nullo indicio demonstratum esse vaccinatione inhiberi transmissionem viralem.*** Naviter probatores veritatis studuerunt hanc confessionem verbis deminuere: Pfizerianos numquam contendisse vaccino suo hoc posse fieri. Die Lunae huius septimanae alii vicarii negotiationum pharmaceuticarum interrogati sunt a speciali commissione covidianâ parlamenti Unionis Europaeae. Etiam ***Albertus Bourla*** praepositus Pfizerianus debuit hōc die apparere. At cum in primo actu interrogandi colloquia facta essent iniucunda, Albertus negavit se participem factum iri. Loco eius apparuit *Ianina Small*, „*Praesidentissa mercatum internationalium excultorum*“ complexûs mercatorii Pfizeriani. Quod ea mulier ad publicum prodiit, ut erat exspectandum, austerê vituperatum est. Sed mirandum erat quam latê diffusae essent vituperationes, i.e. a Fractione ID per conservativos usque ad reformatores. Agebatur imprimis de contractu, quem commissio fecerat cum Pfizerianis, deque eiusdem clausulis secretis, de securitate vaccinandi, de inefficitate producti praestandâ et scilicet de pretio totius vaccini comparandi.





Ecce IANINA SMALL Pfizeriana „Praesidentissa internationalium mercatum excultorum“

Inter interrogationem Ianinae Small varii legati parlamenti indignati sunt, quod eadem officaria Pfizeriana constanter recusavit, ne quibusdam quaestionibus responderet. **Christina Anderson** (ID) Hassiae Alternativa experta sic comprehendit: „*Semper idem fit: Non respondetur nostris quaestionibus. Itaque haec commissio est prorsus ridicula – illusio democratiae.*“ De nihilo agi nisi hominibus praetexti tractari eorundem propositas quaestiones difficiles. Sed nihil huiusmodi fieri. De petitione mutandi, quâ propositâ Andersonia postulaverat, ut huius commissionis inefficientia declararetur et vera commissio investigandi conderetur, ne suffragia quidem lata sunt. Etiam *Virginia Joron* factionis „*Rassemblement National (ID)*“ queritur iam duas horas esse perditas. Ianinam Smalliam recusasse responsiones ad omnes quaestiones graviores, velut ad pretia constituenda, ad contractuum patefactionem, ad nuntios SMS.

*Marc Botenga* Belga legatus (Factio Sinistra) queritur Ianinam nil dixisse nisi verba lapsantia. Quater quaesitum esse, quare pretia vaccinatorum essent exaucta. Quartâ vice Ianinam respondisse hanc rem esse confidentialem. Operae pretium est hoc colloquium reddere verbatim: Ianina (sententiam finiens): „... *tantâ velocitate et magnitudine.*“

*Kathleen Van Brempt*, praeposita commissionis covidianae (susurrans): „pretium...“ - *Ianina Small*: „Oh, bene, ...“ (ridet) „Veniam peto, sed serio dicam, hoc hîc notavi. Intellego vos multa de pretio constituendo dixisse et numeros attulisse. At meâ quidem sententiâ res sic se habet: Non licet nos de pretiis vobiscum disputare. ... Spe valde decepti estis, hoc cognosco vultûs vestros aspiciens, sed pretia sunt confidentialia.“

Homines rei periti contendunt 1,8 miliardas dosium vaccini Pfizeriani in annos 2022 et 2023 emptarum (quarum dimidia pars per optionem) constare circiter 35 miliardis euronum. *Bojko Borissow* minister primarius Bulgariae olim prodidit pretium unius dosis vaccini contractu inter Pfizerianos et Unionem Europaeam facto a 15,50 euronibus ad 19,50 euronos esse exactum.

*Ursula von der Leyen* indicavit se cum *Alberto Bourla* praeposito Pfizeriano m.Mart. a.2021 habuisse disceptationes antecessivas, aliis disceptatoribus non inclusis. Curia fisci suprema Unionis Europaeae a commissione postulavit, ut sibi patefierent ipsae hae disceptationes antecessivae, voluit supervidere consilia temporalia, notas, condiciones decretas. At commissio nullas informationes transmisit. Examinatores rationum nummariorum consternati: »*Talia numquam facta sunt*«. Nunc secundum informationes gregis mediorum Funkeani possint praeparare vituperium *Ursulae von der Leyen* imponendum. In parlamento nonnulli iam postulant procuratorem publicum. Procuratio publica Unionis Europaeae m.Iun. a.2021 demum instituta (EPPO), cuius sedes in Luxemburgo est sita, profecto coepit investigare „*comparationem vaccinatorum covidianorum in Unione Europaeâ*“.

### **Ianina Small: commercium tachygrammatum (SMS) factum esse propter officium domesticum**

*Ianina* de tachygrammatibus interrogata, quae *Albertus* et *Ursula* inter se scripserant: »*Puto*« inquit, »*omnem intellegere nos omnes inter pandemiam domi operatos esse. Certo scio Dominum Doctorem Bourla numerum sophophoni sui indicavisse, ut colloqui posset cum multis ducibus ubique terrarum versantibus e.g. etiam mecum ipsâ.*“ Sed *Marcus*

*Botenga* verbis criticis extulit commissioni Unionis Europaeae alias methodos disceptandi esse impositas.

Deinde *Ianina* affirmavit de contractibus non hac via esse disceptatum. Nam quaestiones huius rei solvendas fuisse intricatiores et plures homines eiusdem fuisse participes, quam ut *sophophono* de iisdem disceptaretur. Itaque *Commissio Covidiana* decrevit, ut *Albertus Bourla* denuo invitaretur.

*Michaela* (Prasini/EFA) putat manifestum esse: Loqui quidem *Pfizerianos* de transparentia, tamen vix aliquid magis imperspicuum esse quam complexum mercatorium *Pfizerianum*. E.g. pretium vaccinatorum officialiter non esse notum. Etiam *Michaela* numerum affert 35 miliardarum euronum. Praeterea ea vituperat, quod *Pfizeriani* recusent, ne responsales fiant effectuum secundariorum. *Pfizerianum* esse unicum complexum mercatorium, qui in Europa vaccina fabricet. Mandatelas Unionis Europaeae esse „*giganteas*“. Itaque esse inacceptabile, quod ipse *Albertus* non appareat coram commissione.

Praeterea vituperatur, quod contractus mercis mittendae magnam partem sint denigrati (i.e. illegibiles facti). Legata *Veronica Trillet-Lenoir* (*Renew Europe*) lamentatur, quod fieri non potuit, ut loci productionis vaccini *Pfizeriani* invenirentur neque consilia missionis accurata. Fabrica in India aedificata praeter problemata iuris operatorii et circumiecturalis etiam effici posse qualitatis atque securitatis productorum. Deinde *Ianina* ad tutelam certaminis mercatorii provocans contendit *Pfizerianos* esse „*valde transparentes*“, omnes contractus posse inspicere a legatis – sed non nisi denigratos.

**„Debuimus progredi velocitate scientiarum, ut sciremus, quid in mercatu fieret“**

At denique legati profecto acceperunt responsum – non verè novum, sed primum ex ore *Pfizeriano* dictum. Tum ***Robertus Roos*** Batavus (Conservativi et Reformatores) quodammodo posuit ***quaestionem quaestionum***, i.e. omnium quaestionum gravissimam: **»Estne ante vaccini venditionem probatum, num vaccino impediretur transmissio viralis? Quid scivistis de immunizatione antequam vaccinum in mercatum introduxistis?«**

Ianina autem respondens iterum haesitavit: »*Non, haec...*« inquit »*profecto debuimus progredi velocitate scientiarum, ut sciremus ea quae in mercatu fierent*«. Licet dicas ***ista verba esse prorsus obscura***; incertum est, quid Ianina iisdem dicere velit. Quid valent verba q.s. »*velocitas scientiarum*«? Quid significant verba q.s. „*move at the speed of science*“? Quare magni momenti fuerint »*ea quae in mercatu fierent*«? Num commoda mercatoria Pfizerianis pluris valuerunt quam vera scientiarum velocitas, i.e illa potius segnis progressio, quâ vaccina solent excoli. At ut dicamus aliis verbis et brevius: *Ianina Small negavit.*

***Robertus Roos*** quodam in scopocinematate dixit hac „*revelatione*“ – quâ patefactum esset varia medicamina genotherapeutica non protegere contra transmissionem vîri covidiani – ***syngraphis covidianis in variis terris introductis auferri omnem basin legalem. Propter mythum, quo credidissent sibi vaccinationem subeundam esse, ut alios homines protegerent contra infectionem, miliones hominum ubique terrarum sivisse se vaccinari.*** Nunc patêre istum mythum esse mendacium. Et scilicet talibus syngraphis fieri »***institutionalem discriminationem vehementem***«, quia hominibus interdiceretur accessus ad vitae socialis partes praecipuas, ut Robertus antea dixit. Oportet in memoriam revocare homines propter hanc rationem politicam vaccinationis coacticiae partim locum operatorium amisisse – partim haud raro in morbum incidisse.

Roberti quaestione et Ianinae responsione patefactum est aliquid, quod notum iam erat diutius. ***At compositores vaccini biontechnici necnon politici et homines eminentes necnon „experti“ quales dicuntur contenderant vaccinationibus vîri diffusionem ideoque totam pandemiam sisti posse. Quod etiam erat argumentum frequentissimum atque valentissimum eorum, qui postulaverunt, ut vaccinatio fieret obligatoria.***

Brevi post verba a Ianinâ facta et scopocinema celeriter et numerosa in interreti diffusum censors factorum, velut AP, student definire „*verba a vero abducentia de effectibus, quos habet vaccinum covidianum Pfizerianum ad transmissionem (viralem)*“:

„**sententia:** *Pfizeriani coram parlamento europaeo concesserunt se antequam vaccinum suum covidianum in mercatum esset allatum, non probasse, num vaccinum suum covidianum aptum esset ad transmissionem vîralem impediendam; ideoque demonstrari negotiationem priore quodam tempore pandemiae mentitam esse.*

**Probatores Factorum quomodo hanc sententiam recenseant:** *Contextus deest. Ianina Small, Praesidentissa mercatum internationalium Pfizeriana, die Lunae coram Parlamento Europaeo dixit Pfizerianos nescivisse, num vaccinum suum covidianum impediret transmissionem vîralem, antequam m.Dec. a.2020 in mercatum venisset. Pfizerianos autem numquam contendisse se hanc quaestionem ante vaccini introductionem mercatoriam disquisivisse“*

Pfizerianos hoc numquam contendisse. Conclusionem conversâ hoc valet innumeros politicos et diurnarios hanc sententiam prorsus vanam ultro confinxisse et deinde circuitu infinito mutuo et vicissim unum alterum citavisse. Hoc autem si verum est, haud minus mirum est et investigatione dignum.

**Ugur Sahin** conditor et possessor negotiationis **Biontechnicae** m.Febr. a.2021 a relatore Ephemericis, c.t. „*Bild*“, rogatus dixit homines „*post vaccinationem*“ rarius esse positivos ideoque non iam potentialiter contagiosos. Qui nuntius fuit clarus et dilucidus: *Vaccinatione hominum sat multorum pandemiam posse cohiberi.*

**Iosephulus Biden**, praeses US-Americanus m.Iul. a.2021 dixit: „*Non incidetis in morbum covidianum, si has vaccinationes acceperis.*“ Tamen Bidenius interim, - quis scit, quoties – probâ factâ evasit positivus. M. Maii a.2021 **Antonius Fauci** dixerat homines „*vaccinatos*“ esse vîro covidiano „*fundulas*“,<sup>1</sup> quo sensisse fertur tales homines non transmittere vîrus: „*Si sinetis vos vaccinari, protegetis non solum valetudinem familiamque vestram propriam, sed etiam conferetis ad valetudinem populi generalem eo quod vîri diffusionem evitabitis.*“ Corpus populi sanum iam semper fuit obiectum *collectivistarum* dilectissimum – sed non solum eorum, ut videtur.

---

<sup>1</sup> **fundula**, ae f. theod. *Sackgasse*; angl. *dead end, culde-sac*. VARRO ling.5,145.

*Marcus Rutte, Minister Bataviae Primarius eiusque minister valetudinis civibus – similiter ac gubernationes aliarum terrarum – voluerant civibus persuadere eos revera esse „insociales“, si recusarent ne sumerent vaccinum. **Europaeis eodem modo ac hominibus ubique terrarum versantibus fumus venditus est et (!) venditur; qui deruncinati sunt et deruncinantur a politicis et medicastris effectus vaccinatorum covidianorum praeconantibus salubres et praeventivos, quos revera fieri numquam probatum erat.***

Tamen non est difficile priora verba responsalium industriae pharmaceuticae invenire, qui monuerunt, ne resultata propria nimis magni aestimarentur. E.g. **Tal Zaks**, officarius praeceptor medicinalis m.Nov. a.2020: *»E nostris resultatis... non apparet vaccina impedire, ne quis virus transmittat aliosque inficiat. Si incipiemus hoc vaccino uti, non habebimus data sufficientia, quibus demonstramus eodem vaccino transmissionem deminui.«* Zaks autem affirmat se tamen credere vaccino transmissionem deminui, *»propter scientias«*. Sed quia nullam esse huius sententiae certam evidentiam, se commendare, ne quis vaccinatus desinat cavere. His verbis acceptis politici perrexerunt monere, ut *distancia socialis* teneretur. Sed paululo demum serius iidem intellegere visi sunt Zaksium his verbis etiam confessum esse vaccinatorum inefficaciam. Disquisitio Zaksiana iam in ipso titulo nuntium affert, quam hodie attulit Ianina: **„Vaccina covidiana servabuntne vitas hominum? Experimenta praesentia non apta sunt ad hoc inveniendum“.**

**Organisatio Valetudinis Mundana (WHO)** in situ suo interretiali praesenti adhuc loquitur de **„effectu, quem vaccina habent ad transmissionem modico“**. In „spatio intermedio“ adhibenda esse remedia ad valetudinem publicam servandam: **mascas, distantiam corporalem, lavationem manuum, hygienam respirandi et tussendi, evitationem multitudinis hominum bonamque ventilationem.**

Consentaneum nunc est postulare, ut definitivè aboleantur regulae 2G germanicae *Lêgi Protectionis Infectionalis* inscriptae. **Consentaneum quoque est statim tollere obligationes vaccinatorias, quae spectant ad nosocomos et paedocomos et gerontocomos et siphonarios.**

**Carolus Lauterbach** minister valetudinis „**vaccina accommodata**“ introducens in emissione televisoriâ, c.t. „**Horreum matutinum**“, dixit haec: „... **nos nunc iterum opinamur effici protectionem contra infectionem, saltem in aliquantum spatium temporis**“. Saltim quadrat Lauterbachii verbum temporale: „**opinamur**“, i.e. magnâ cum probabilitate. Sed nemo scit aliquid exactum et accuratum. Praeterea **Lauterbach** adhuc homines adhortatur, ut sinant se vaccinari, causamque afferens protectionis propriae.

Tamen iterum iterumque nuntiatur directê **post ipsam vaccinationem** primam necnon post redintegrativam **infectiones covidianas fieri**, quod interim ex pluribus mensibus ferê omnis homo scit a collegis aut affinibus doctus.

## ECCE BATAVUS INTERROGATOR ACERRIMUS ALBERTI VICARIA RESPONDET QUAESTIONI QUAESTIONUM



**ROB ROOS**

(\*1966)

BATAVUS LEGATUS  
UNIONIS EUROPAEAE

NUNTIUS VELOX: In interrogatione covidianâ directrix Pfizeriana concedit: vaccinum numquam probatum esse quoad transmissionem praeventivam. »**Sinite vos vaccinari aliorum causâ**« semper fuit **mendacium**. Syngraphus covidianus nullo fine introducitur nisi eo ut homines vaccinentur. Oportet homines hoc noverint. Distribuite hoc cinematium!

***Si tu non sinis te vaccinari, tu es insocialis!*** Hoc nobis dixerunt Bataviae Minister Primarius et Minister Valetudinis. Tu non solum vaccinaris pro te, sed etiam pro aliis – tu hoc sinis fieri pro totâ societate. Hoc illi dixerunt. Hodie patefactum est hoc esse prorsus vanissimum. In auditione covidianâ in Parlamento Europaeo factâ aliqua directrix Pfizeriana modo mihi concessit: ***tempore introductionis vaccinum numquam probatum esse, num impediret transmissionem viralem.*** Hac re tollitur tota basis legalis syngraphi covidiani. Iste syngraphus covidianus, quo effecta est vehemens discriminatio institutionalis eo quod homines amiserunt accessum ad partes societatis essentielles. Equidem istâ re consternatus sum, immo ista res mihi videtur scelestâ. Specta, quaeso, scopocinema usque ad finem...  
***‘Sed tibi, Domina Small, velim brevem quaestionem ponere, cui, quaeso, respondeas dilucidê. Loquar anglicê, ne quid falso intelligatur: Pfizerianum vaccinum covidianum estne probatum, num impediret transmissionem viralem, antequam est in mercatum introductum? Si***




*non, dicas hoc, quaeso, dilucidê. Si ita est, visne data huius probae communicare cum hac commissione? Verê autem volo responsum rectum – aut ‘etiam’ aut ‘non’ - libenter audiam. Gratias maximas tibi ago.’*

- ‘*Quod quaeris, num nos sciverimus de immunizatione\* finiendâ, antequam (vaccinum) veniret in mercatum. ... non, haha. Scis nobis debuisse verê progredi velocitate scientiarum, ut verê intellegeremus, quid fieret in mercatu.*’<sup>3</sup> -

- ‘*Istud est scandalon. Miliones hominum ubique terrarum coacti sunt, ut vaccinantur propter mythum, quo narrabatur ‘te hoc facere pro aliis’. Nunc patefactum est istum mythum esse vile mendacium. Hoc oportet publicetur. Communica, quaeso, hoc scopocinema cum aliis.*

## ADNOTATIO DOCTORIS WOLFGANGI WODARG



<https://www.wodarg.com/>

„Hic oportet **denuo interrogare**, nam illud clarum „No“ vicariae Pfizerianae quâdam notionum permutatione (*transmissio* → *immunizatio*) factum est declaratio **absurda**. Clarae quaestioni mulier respondit primo „No“, sed deinde dixit aliquid de „**stopping the immunisation**“ (*immunizatione impediendâ*). Haec altera pars est absurda, sed non contradicit illi „No“, et – ut puto - habenda est pro **lapsu linguae**. Nam Pfizeriani ut adipiscerentur permissionem mercatoriam, debuerunt ipsam „*immunizationem*“ producto suo efficiendam demonstrare. Verba quae sunt „*stopping the immunisation*“ sunt prorsus absurdissima.

**Reverâ (a Pfizerianis) nullae sunt propositae disquisitiones, quibus demonstraretur transmissio infectionum vaccino impedi. Ad talem demonstrationem afferendam fabricatoribus vaccini multo diutius fuisset laborandum.“**

**Wolfgangus Wodarg**

---

<sup>3</sup> orig.: „Regarding the question around whether we knew about **stopping immunization\*** (sic! *Dicendum fuit: transmissionem*) before it entered the market... **no, haha**. These, you know, we had to ...really move at the speed of science to really understand what is taking place in the market.” **v. adnotationem Wolfgangi Wodarg!!!**

# ALBERTI ADIUVAM DERUNCINATUM SECRETA PFIZERIANA EFFUTIVISSE

<https://www.tichyseinblick.de/kolumnen/aus-aller-welt/project-veritas-video-walker-pfizer/> Video-Mitschnitt eines Pfizer-Angestellten bringt Pharmakonzern in die Bredouille - Pfizer und der Corona-Impfstoff - Fr, 27. Januar 2023

*Scriptit David Boos, Latinê reddidit Leo Latinus*

Diurnarii investigativi, qui participes sunt gregis, cui nomen est PROIECTUM VERITATIS<sup>1</sup>, quendam functionarium Pfizerianum ita deceperunt, ut effutiret quaedam huius complexûs mercatorii pharmaceutici consilia secreta. Postea fraude sibi patefactâ denegat verba propria.



ECCE IORDANUS TRISTANUS ALBERTI VENEFICI GERULIFIGULUS

Planiforma Americana, quae appellatur »*Project Veritas*«, ex annis publicat colloquia cum functionariis magnarum negotiationum technicarum, medialium, pharmaceuticarum, quae recipiuntur camerâ clandestinâ. Iam ex a.2021 Proiectum Veritatis (PV) complures functionarios diversarum negotiationum pharmaceuticarum ita deruncinavit, ut ante cameram clandestinam praeconiationem vaccinationis praeceptorum suorum in dubium vocarent. Nunc hi allectores Proiecti Veritatis functionarium Pfizerianum ita deruncinaverunt, ut effutiret consilia Pfizeriana secreta.

*Jordan (Iordanus) Trishton (Tristanus) Walker* est dux quidam departmenti Pfizeriani strategici, in quo nova medicamina excogitantur

<sup>1</sup> orig. *Project Veritas*.

necnon praedispositor nuntii acidi ribonucleinici. îdem vir tanti ingenii tantaeque auctoritatis venerem aversam petens investigatorem Veritatis, a quo erat allectus in decipulam mellitam, convênit in potatrinâ. Iordanus Tristanus nonnullis hyalis potionis alcoholicae sumptis exhilaratus et loquax factus est. Cerebro inebriato, culo pruriente effutivit secreta Pfizeriana, ut admirationem moveret pedicatori putativo. Verba Iordani Tristani redolent indolem Pfizerianam medicastri sordiduli, qui cum patiente loquitur de morbo minus eum sanaturus quam medicamine vendendo lucrum accepturus. Secundum verba Iordani Pfizeriani in animo habent novas varietates vîri covidiani ipsi ratione genotechnicâ mutare, ut simul fabricent vaccina ad novas varietates apta. At talis processus novas varietates vîrales investigandi (qui dicitur „*lucrum functionis*“) a multis putatur esse a moralitate alienus. In cinemate recepto Iordanus Tristanus auditur ipse bene scire, quam male famata sit ista methodus genotechnica. Itaque concedit homines non libenter audire „*complexûs pharmaceuticos mutare vîra exsecrata*“. Ut rem fucet, Iordanus utitur nomine „*evolutionis directae*“ loco nominis male famatae, quod est „*lucrum functionis*“.

»*Una ex rebus, quas nos Pfizeriani tractamus, est perscrutari, quidni ipsi vîrus covidianum genotechnicê mutemus, ut ratione praeventivâ nova vaccina possimus fabricare. Si hoc facimus, periculum subimus, ne homines nobis adversentur, quorum nemo velit habere negotiationem pharmaceuticam, quae mutet vîra exsecrata.*«

Deinde Iordanus explicat tale experimentum primo faciendum esse in simiis, quas ut se mutuo inficiant cogendas esse; deinde eximendas esse portiones cellularum virulentas ex simiis. In scopocinemate Iordanus etiam opinatur simili processu in *Wuhan* urbe Sinarum eruptum esse morbum covidianum.

»*Oportet cautissimê agatur, ne vîrus covidianum, quod mutatur, aliquid fiat, quod passim diffundatur. Opinor – ut verum confitear – vîrus illud Wuhanense hîc modo exortum esse. Nullo modo consentaneum est credere illud vîrus exortum esse ex nihilo. Hoc est vanissimum.*“

Îdem cooperator Pfizerianus etiam concessit hac methodo novas varietates vîrales fabricandi fieri posse, ut Pfizeriani haberent fontem lucrorum per multos annos scaturientem.

Ut apparuit ex archîis *ministrationis friguttiendi*<sup>1</sup> nuper divulgatis, negotiationes pharmaceuticae et magistratûs gubernationis artê inter se coniuncti sunt. Hoc Iordanus eo affirmavit quod industriam pharmaceuticam appellavit »ianuam versatilem omnibus cooperatoribus gubernationis perutilem«.

»Sed hoc valet ad omne brachium industriae. Quid de omnibus illis officialibus, qui probant medicamenta nostra? Serius ocius plerique eorundem operabuntur in negotiationibus pharmaceuticis. Et in rebus militaribus officiales ministerii defensionis postea operabuntur pro negotiationibus armatoriis«.

Rogatus, quid sibi de hac re videretur, Iordanus respondit »Hoc – ut sincerê dicam – satis utile est industrialibus, sed malum ceteris omnibus hominibus Americanensibus«. Secundum Iordanum regulatores, qui medicamenta probarent, quadam cum negligentîâ liberali probant producta illarum negotiationum, in quibus postea operabuntur.

Denique cum certior fiat de sermone suo clam recepto, cinaedulus veneficus vehementissimê indignatus sonos êdit porcellinos et felineos, immo, sibi non temperat, quin quadam cum violentiâ studeat computatrum tabellare destruere, quo colloquium est receptum.

Critici nunc investigatoribus Veritatis obiciunt, quod Iordanus nihil sit nisi cooperator Pfizerianus gradûs inferioris, qui ebriolus coram amasione suo putativo gloriatus sit; quod ipse Iordanus clamat se defendens, cum cognoverit se horam degisse non cum amasione, sed cum allectore Proiecti Veritatis decipulâ mellitâ captum. At documentis Pfizerianis inspectis detectores sciunt Iordanum non esse operarium gradûs inferioris, sed *directorem operationum investigationum strategicarum et nova pharmaca creandi*.

**PROIECTUM VERITATIS**, quod, antequam *Planiforma Friguttitoria* ab *Elono Musk* recepta est, ex eâdem exclusum erat, sed nuper denuo est

---

1 \*Plānifōrma \*Friguttītōria i.q. theod. *Plattform Twitter*. **friguttīre**, -iō i.q. theod. *twittern*.

inclusum, vehementer gaudet de hōc scopocinematē recepto, quod est totius negotiationis usque nunc lucrosissimum.



## ECCE ALBERTUS GRAECULUS VENEVICUS ET VETERINARIUS

**Marcus Rubio** senator Floridanus postulat responsiones ab **Alberto Bourla** Capitone Pfizeriano quoad scopocinema, in quo agitur de Pfizerianorum investigatione *lucris functionalis*<sup>1</sup> putativâ

<https://twitter.com/fragmichdoch23/status/1619402318637850625>

<https://en.protothema.gr/u-s-senator-demands-answers-from-pfizer-ceo-bourla-over-video-about-alleged-gain-of-function-research/>

publicatum: d.30. m.Ian. a.2023

His in 4 scopocinematibus, quae in summâ durant 10 ferê minutas, cara Lectrix, care Lector, spectabis et auditabis, quae dixerit et fecerit quidam Pfizerianus director investigationis, cum certior factus esset vocem sui secreta Pfizeriana ad mutationes vîrales illicitas spectantia effutientis computatro tabellari esse receptam. Cinaedulus scordalus veneficus vehementissimê indignatus sonos êdit porcellinos et felineos, detectores in cauponâ includere et biocolytas vult arcessere, immo, sibi non temperat, quin vim adhibeat studens computatrum tabellare destruere, quo colloquium est receptum.

Hac septimanâ **Senator Marcus Rubio** (R-FL) Pfizerianis epistulam misit, in quâ postulat responsiones ad has quaestiones, quae infra sunt scriptae. Hanc epistulam scripsit, postquam spectavit quoddam scopocinema

<sup>1</sup> *investigatiō lucrī fūctiōnālis* i.q. angl. *gain of function research* – theod. *Funktionsgewinn-Forschung*. i.q. *pars investigationis medicinalis, quā processūs bacteriorum vîrorumve mutatorii accelerantur. In vîrologiâ investigatio lucris functionalis fiunt etiam experimenta eo fine, ut vîri alicuius \*transmissivitas sive \*transmissibilitas et vîrulentia augeatur, i.e. talia vîra artificialiter periculosiora facta adhiberi possint arma biologica.*

interretiale a *Proiecto Veritatis* clam receptum et irretitum, quo monstratur quidam director investigationis Pfizerianus contendens negotiationem suam esse involutam investigationi dubiae, quod spectat ad vaccina.



**ECCE MARCUS RUBIO SENATOR FLORIDAE**

Hoc scopocinema 10 minutarum, quod spectatum est ferê vices milionesies, monstrat virum, qui vocatur **Jordon Trishton Walker**, Pfizerianum directorem investigationis et strategicarum operationum – necnon praedispositorem acidi ribonucleinici scientificum, contendentem negotiationem suam explorare vias, »*quibus vîra coronaria ita mutaret, ut in antecessum creare possint nova vaccina.*«

»*Si tamen hoc facere conabimur, inerit quaedam alea, ut facile fingere potes — nemo enim vult habere negotiationem pharmaceuticam, quae dicatur mutare vîra exsecrabilia.*«. »*Ne cui hoc dicas. Promitte te nulli homini hoc narraturum esse. Via atque ratio, quâ tale experimentum evasurum sit prosperrimê est talis, ut vîrus imponamus simiis et efficiamus, ut eadem inter se vîro inficiant, et deinde colligimus portiunculas telae cellularis ex iisdem sumptas.*«

Iordanus autem addidit: »*Oportet valde cautus sis, ne hoc vîrus, quod mutas, aliquid creet, quod aliquo abeat.*«. »*Hoc accidit de illo vîro Wuhanensi, ut verum confitear. Consentaneum non est illud vîrus subito ex nihilo exortum esse. Ista idea est vanissima.*«.



Rubio respondit huic scopocinemati epistulam mittens ad Doctorem *Albertum Bourla*, Pfizerianorum dirpensatorem et Officiarium Capitonem Executivum:

***Honorabilis Dr. Bourla,***

scribo respondens relationibus turbulentis, in quibus Pfizeriani referuntur in animo habere mutare vîrus covidianum *lucro functionali* aut „*evolutione directâ*“, ut indicavit ***Iordanus Walker***, Pfizerianus Director Investigationis et Innovationis. Iterum iterumque demonstratum est conatûs vîrus mutandi, speciatim tam efficax quam covidianum, esse periculosos. Si ea quae in illo scopocinemate dicuntur, sunt vera, Pfizeriani desiderio suo lucrandi maiorem vim attribuerunt quam curae valetudinis nationalis atque globalis et debebunt rationem reddere.

In scopocinemate a ***Proiecto Veritatis*** d.25. m.Ian. a.2023 publicato ***Dominus Walker*** explicavit consilia Pfizeriana nova vaccina futura creandi eo quod vîrus covidianum *evolutione directâ* mutaretur, quâ proteinum adhibetur ad organismum vivum aut alias materias biologicas (vîralibus inclusis) selectioni naturali subiciendas. Licet îdem contenderit hanc investigationem esse in praesenti tantummodo „*exploratoriam*“, tamen accuratius iam explicuit, quomodo investigatio processura esset dicens scientistas inicere vîra mutata simiis et colligere ex aliis simiis infectis portiunculas telae cellularis.

Sive haec est investigatio lucri functionalis sive mutationes structurae selectae *evolutione directâ* effectae, quales Dominus Walker contendit fieri, omne studium vîrus transmissibilius et magis mortiferum faciendi est incautum atque periculosum.

Praeterea Dominus Walker contendit Pfizerianos velle hanc investigationem periculosam fovere, quia vîrus covidianum eiusque varietates essent quodammodo »*vaccam lucrosam*«<sup>1</sup> pro negotiatione suâ et regulatores negligenter inspiceret, quia magna pars officialium

---

1 angl. *a cash cow*. Germani dicunt talem rem *gallinam ova aurea parientem*.

gubernationis studeant operari pro Pfizerianis aliisque negotiationibus biopharmaceuticis neque velle decipi spe suâ muneris futuri.

Cum Pfizeriana negotiatio contendat se »*innovare omni die, ut faciat mundum locum salubriorem*«, illis dictis directoris investigationis et innovationis sollicitamur. Quia populus Americanus meretur certior fieri, rogo, ut nobis respondeas ea quaerentibus, quae sequuntur:

1. Quatenus Pfizeriani in praesenti student aut studere in animo habent vîro covidiano mutando?
2. Pergentne Pfizeriani mutare vîrus covidianum lucro functionali aut investigatione evolutionis directae, eo fine, ut nova vaccina creentur, antequam varietas in populatione maiore est praesens?
3. Pfizeriani suntne cum officialibus foederalibus cooperati, ut iidem hanc investigationem superviderent? Affer nobis, quaeso, nomina et officia eorum.
4. Quibus rationibus Pfizeriani usi sunt, ut impedirent, ne vîrus mutatum ex laboratorio evaderet et inficeret populationem maiorem?
5. Studueruntne Pfizeriani cooperari cum aliis negotiationibus biopharmaceuticis in hac regione investigationis? Affer, quaeso, nomina eorum, quibuscum de hac re egisti.
6. Visne te obligare, ut desistatis ab omni investigatione, quâ vaccinum covidianum mutatur, quia evidèntia valdè firma indicatum est simili investigatione in Instituto virologiae Wuhanensi factâ infortunium illud initiale factum esse et distributione vîri covidiani globali?

Pfizeriana cum sit negotiatio in rebus valetudinis globalis et vaccini covidiani creandi eminentissima idque dolariis Americanorum vectigal pendentium, maximi momenti est Pfizerianos rationem reddere actorum suorum et transparentes sint coram publico et investigationi suae consulant quam attentissimè. Gratias tibi ago pro attentione tuâ huius rei et responsum tuum promptum gaudenter exspecto.



# ECCE AURIFODINA VENEFICA

**Quid non mortalia pectora cogis, auri sacra fames !**

(VERGILIUS, Aeneis 3,57)



**ECCE UGUR** (*a dextris*) **UGURISQUE UXORCULA**<sup>1</sup> (*a sinistris*)

**EN  
FELICES  
CONIUGES  
ET ARTE ET AURO,  
ET VENERE ET VENENO  
CONIUNCTISSIMI**

<sup>1</sup> **Uğur Şahin** (\*1965 *İskenderun* in urbe Turciae, puer quadrimulus cum parentibus in Germaniam transmigravit).  
**Özlem Türeci** (\*1967 *Siegen* in urbe Rhenaniae-Vestfaliae).



<https://www.youtube.com/watch?v=nN1Pbbysc30>


Pfizer/Biontech iuxta aurifodinam! Gigantes pharmaceutici et calamitas \*  
 Commentarius d.04. m.Febr. a.2021



### ***Heus cari homines,***

cogitavi – cum omnes ferê homines gaudeant de novo vaccino Biontech-Pfizeriano, me aspecturum esse scidulam medicamentariam! Hôc in casu haec scidula appellatur *Folium monitorium acceptoribus et curatoribus dedicatum*. Tum iam oportet primum quaeram ex me: Licetne hoc facere? Nam si quam rem aspectas et perlegis, generaliter periculum est, ne quid criticê dicas de eâdem. Nonne intellegis totam meam sententiam? Ut dicam simpliciter: Cui subest eadem cogitatio logica ac in expensis radiophonicis coacticiis. Ut expensae coacticiae postulentur, dicitur sufficere, si habitas in habitaculo sive possides eandem sive conducis – sive televisorium spectas sive non – quia spectare potes, debes expensas solvere. Num factus sum *persona non grata* solâ eâ causâ, quâ scidulam

medicamentariam aspectavi? Nam post lectionem fieri poterit, ut aliquid criticê dicam. Hoc periculosum est. Tamen hanc aleam subeam. Soleo autem strictê sequi *flumen praecipuum* neque ulli umquam contradicere. Itaque animo perquam tranquillo hanc rem accedam et aspiciam scidulam medicamentariam *Pfizerianam* et *Biontechnicam*.



Quae scidula aspectari atque eretiri potest in situ interretiali *Americanae Administrationis Nutrimenta et Medicamenta Permittendi* (FDA<sup>1</sup>). Ligamen, quo illum situm accedes, scilicet inest descriptioni. Quia sum curiosissimus, statim documentum devolvi usque ad finem. Age, nunc aspice ea, quae ibi leguntur. Non possum, quin dicam ipsam vitam offerre metaphoras optimas! „*Productum a Pfizerianis Incorporatis pro Manufacturâ Biontechnicâ GmbH (i.q. Societas sponsionis limitatae)*<sup>2</sup>, *Moguntiacensi, ad Aurifodinam* – ita, rectê legistis: „*Ad Aurifodinam*‘ - hoc nomen est verê bellissimum – nonne? Ergo Pfizeriani et Biontechnici non solum sensu metaphorico sedent ad ***aurifodinam***, sed etiam in ipsâ vitâ reali! Praesens enim condicio industriae pharmaceuticae, negotiationibus pharmaceuticis est vera aurifodina! Ergo Biontechnici sensu verbi ipsissimo sedent ad Aurifodinam in domo duodecimâ in urbe Germaniae Moguntiaci. Babae, quam feliciter haec res accidit negotiatoribus industriae pharmaceuticae! Et haec omnia facta esse forte Fortunâ! Industria pharmaceutica servat totum mundum – et hoc sine magno timore quoad condiciones iuridicas – quamquam vaccinum tam celeriter allatum est! Scilicet nos omnes sumus animis gratissimis, quod hoc est factum tam celeriter! Quia hoc tam celeriter factum est, industria pharmaceutica dicit: „*Nos huius vaccini effectuum responsales non esse possumus. Responsalitas oportet suscipiatur a civitatibus.*‘ - Industrialibus haec condicio est praestantissima. -

1 **Administratiō Nutrimenta et Medicamenta Permittendī** i.q. angl. *FDA* i.e. *Food and Drug Administration*.

2 **Societās spōnsiōnis limitātae**, i.e. orig.: *GmbH* i.q. *Gesellschaft mit beschränkter Haftung*. cfr Georg Lurz, *Societas Latina*, 1/1942, p.4

Nunc autem quid legimus in scidulâ medicamentariâ? Hîc sunt verba magnis litteris impressa:

„**QUID EST VACCINUM PFIZERO-BIONTECHNICO-COVIDIANUM?**  
- **VACCINUM PFIZERO-BIONTECHNICO-COVIDIANUM est vaccinum non permissum**, quo morbus covidianus potest impediri. Non exstat vaccinum contra morbum covidianum permissum.“ - Aha ! Iam didicimus rem gravem! Vaccinum non est permissum – sed *Administratio Nutrimenta et Medicamentorum Permittendi (FDA)* concessit permissionem casûs necessitatis – si quidem vaccinandi sunt homines supra 16 annos nati. At – quidnam est „*usus casûs necessitatis*‘? - Ah, indicant mihi textum infra scriptum – quem legam. Quidnam est „*usus casûs necessitatis*‘?



Hic mechanismus casus necessitatis bene succedit, si circumstantiae sunt, quibus usus casûs necessitatis medicamentorum et productorum biologicorum inter pandemiam covidianam videatur esse consentaneus. - Mmmh hoc videtur fieri ratione logicâ – sed quis dicit, quando hoc est consentaneum? Ah quid rêfert – assentiamur.

Sed etiam aliud est dignum tractatu:

„*Pfizeriano-Biontechnicum vaccinum covidianum non eidem examini est subiectum, cui subicitur productum ab FDA permissum.*“ - Aha! Ah, quid dicam, recordemur agi de casu necessitatis, nonne? Vaccini probatio, antequam permittitur, solet fieri per 10 annos – at nunc valet casus necessitatis – ergo oportet hanc rem paululo faciamus celerius. Quod placet mihi, quod comprobo. Euge, quam sedulê, quam naviter ii pharmacologi operam dederunt ad hoc vaccinum mirabile, quo egemus quam maturrimê; nonne itaque licet hoc medicamentum salutare non nimis severê censere? Scilicet non dicam illos hoc vaccinum censere negligentius quam alia medicamenta! Hac acceleratione nequaquam deminuitur securitas.



Si legimus – hac in scidulâ medicamentariâ – „**Exstat quaedam possibilitas valdê exigua, quâ Pfizeriano-Biontechnicum vaccinum covidianum excitat gravem reactionem allergicam.**“ - bene audite - ‚exigua‘ ‚possibilitas‘ - nonne? „possibilitate, quâ Pfizeriano-Biontechnicum vaccinum covidianum excitat gravem reactionem allergicam.“ - Ergo ‚exigua‘ tantum est haec possibilitas. - „Gravis reactio allergica solet non fieri nisi inter spatium paucarum minutarum post dosin iniectam.“ - Verbum, cui oportet attribuamus vim maximam, est „exigua“ - ergo possibilitas reactionis allergicae est exigua – ideoque animus meus fit tranquillus.



Praeterea legitur in scidulâ medicamentariâ: „**Hi effectûs fortasse nondum sunt omnes effectûs secundarii Pfizero-Biotechnici vaccini covidiani. - Possunt etiam fieri effectûs secundarii graves et inexpectatae.**“ - Etiam hîc agitur de verbo gravi: „possunt“ fieri - non: „necessario fiunt“. „Possunt“ fieri. „**Pfizero-Biotechnicum vaccinum covidianum adhuc disquiritur clinicis seriebus experimentorum.**“ - Heus homines – quid hoc valet? Illi aliquid faciunt, illi sunt agiles, illi operantur. Illi Pfizeriani hoc faciunt nullâ aliâ causâ nisi philanthropicâ – oportet nos hoc intellegere! Qui nihil volunt nisi nos adiuvare. Qui minimê volunt inspicere crumenam suam – heus homines! Nolite frontes caperrare – quaeso – vos frontes caperrastis - equidem vidi! Contra istam rem debeo aliquid facere. Quam celerrimê capiam conclusionem virologorum, quam audivi in periodico „Focus online“ (14.12.20). Paulisper, mox desinetis frontem caperrare:

„*Ea quae scripta sunt in scidulâ medicamentariâ, non verê insolita sunt et nullo modo causae est, cur sollicitemur. Mirabile est post 20 annos vaccina nuntii acidi ribonucleini investigandi nunc tandem nos habere vaccinum huiusmodi, quod tantopere excultum est, ut permitteretur.*“

Ita est, sophos - hoc est excellentissimum! En vide quot et quantae res fieri possint ipso discrimine! In hac re non possum, quin recitem verba *Volfgangi Schäuble*, qui dicit:

„*Discrimen Coronae praebet nobis etiam magnam occasionem. In discrimine enim homines mutationibus minus resistunt. Itaque nos unionem oeconomicam atque financiam, quam usque nunc ratione politicâ non assecuti sumus, nunc possumus assequi...*“



Videtisne nunc, quam bonum sit discrimen? Nam in discrimine possumus etiam creare *vaccinum nuntii acidi ribonucleinici*, quod usque nunc non excogitare potuimus. Ergo videtis tale discrimen esse bellissimum! Nolite tam morosi esse, nam nonnullis discrimen est *aurifodina!* - et nonnullis – non est ...



**VACCINATIONE FIES CALLIDUS.  
SINE TE VACCINARI !  
OBOEDI !**

<https://www.youtube.com/watch?v=nN1Pbbysc30>

Pfizer/Biontech iuxta aurifodinam! Gigantes pharmaceutici et calamitas \*

**Commentarius d.04. m.Febr. a.2021**

# GRYLLI

## EFFECTUS SECUNDARI



**»QUALES EFFECTUS SECUNDARI MIHI  
EXSPECTANDI SUNT?«  
»DEMINUTIO POPULI«.**

# CARTESIUS VETUS ET MODERNUS



**COGITO ERGO SUM**  
**VETUS CARTESIUS (1596-1650)**



**VACCINOR ERGO SUM**  
**CARTESIUS MODERNUS**



## VISITATIO INGRATA



**“ABI! EGO VACCINATUS SUM!” -  
“ADSUM HAC DE CAUSA IPSISSUMA.”**

# HOLGER REISSNER

<https://auf1.tv/berlin-mitte-auf1/berlin-mitte-auf1-wir-erleben-das-sterben-der-geimpften>  
**Consiliarius quondam Instituti Roberti Koch: »Experimur vaccinos deperire«**  
 d.11. m.Ian. a.2023



*Numerus victimarum experimenti coronariae iniectionis genotechnicae augetur. Holger Reißner, vir doctus et ingeniarius industrialis Europaeus, qui vaccina (qualia falso dicuntur) disquirens invênit graves substantias nocivas, opinatur omnem, qui umquam tali iniectioni subiectus sit, serius ocus passurum esse nocumenta. Îdem consiliarius quondam externus Instituti Roberti Koch a Martino Müller-Mertens in austriacâ planiformâ televisoriâ AUF-1 interrogatus magistratûs nunc graviter vituperat. Reißnerus enim putat officiales, qui valeant ad systema politicum, nihil accepisse nisi vaccina placentiae (inefficacia). Îdem vir in hac emissionem explicat, quare interim credat vîrus covidianum esse telum militare biologicum et unde idem exortum sit. Indicium addititium: Hoc colloquium receptum est mense Decembri. Adnotationes de ratione politicâ Sinarum coronariâ facta spectant ad statum rerum illius temporis.*

**MMM** (Martin Müller-Mertens): (Ante tres ferê annos) politici et scientistae computaverunt effectum morbi coronae sive covidiani morituros esse circiter 500.000 (quingenta milia) hominum. Sed primo anno nulla fuit **supermortalitas** – e contrario nunc habemus **supermortalitas** vicenarum partium centesimarum (**20 %**) – sic indicatur a *Ministerio Foederali Statistico*. Num ista est effectus luis mortiferae? Vix ita est. Nam inter illas monitiones dystopicas et praesentem supermortalitatem realem spatium trium ferê annorum est interpositum – necnon plerique mortui sunt vaccinati. Num iidem mortui sunt »*vaccinatione et efficiente et comitante*«<sup>1</sup>? Num *Institutum Roberti Koch* et politici hoc scire potuerunt? Num industria pharmaceutica fortasse praemonuerat? An rem velaverat?

<sup>1</sup> orig.: „*an* der Impfung **und mit** der Impfung“. Hac locutione *Martinus Müller-Mertens* alludit ad verba aetate pseudopandemicâ ab officialibus persaepe adhibita: „*an oder mit Corona gestorben*“ („mortuus aut morbo coronae efficiente aut comitante“) - quae locutio est absurda: Itaque e.g. haud raro homines infortunio autocinetico mortui post mortem probâ coronariâ probati evaserunt positivi et a statisticis numerati sunt quasi mortui essent effectum morbi coronarii... O quam absurdum! Quam stupidum (an potius callidum et insidiosum? – nam responsales in animo habuerunt numero victimarum pandemiae putativae exaggerato hominibus timorem panicum inicere!)

De hac re colloqui velim cum viro, qui vaccina perquam maturê disquisivit necnon unus fuit ex consiliariis *Instituti Roberti Koch*: *Holger Reißner*, doctor habilitatus – gaudeo te adesse.

**HR** (*Holger Reißner*): Gaudeo quod hîc sum.

**MMM**: Holger Reißner – supermortalitas 20% – in Germaniâ - ceterum etiam in aliis terris Europae. Aliquando monitum est, ne fieret ‘*pandemia non-vaccinatorum*’. Num nunc experimur *deperire vaccinatos*?

**HR**: Mmh – doleo quod sic mihi videtur fieri. Nam ex toto statu datorum hoc apparet. Res statisticas nunc non tractem - data ipsius *EMA*, i.e. *Europaea Medicamentorum Agentura*, possunt inspicere, et *Tom Lausen* excellenter eadem analyzavit. Equidem potius usus sum statisticis militaribus, quae exorta sunt ex grege explicitê non-vulnerabili – e.g. ex exercitu Americano – ubi partim inveniuntur portiones myocarditidis et morbi cancri. Cancer, si comparatur cum statu prae-pandemico, subito 1000% (mille partibus centesimis) est exauctus. Nunc inventa sunt nova data, quibus apparet statum etiam esse peiorem. Itaque equidem concludo hanc condicionem periculosam effectam esse vaccinatione.

**MMM**: Id quod “*probatores factorum*” (quales, ni fallor, se appellant) narrant in mediis publico-iuridicis: ‘*Ah, fieri potuit, ut eo, quod nosocomia non erant clausa, sed lectos suos tenere debuerunt vacuos*’ – hoc fortasse effici supermortalitatem – tu autem dicis hoc non esse verum – aut nihil esse nisi rem marginalem?



**HR**: Equidem sum amicus numerorum – amo data et numeros. Hoc est facile dictu. Afferam casum exemplarem. Antea in exercitu americano in aliquâ cohorti – dicamus quotannis 200 homines in morbum cancri inciderant ideoque mortui erant; per biennium non disquisita est mortalitas cohortis. Nunc verisimile est mortalitatis augmentum, si maximê, esse inter 400-600 casûs mortis. At reverâ mortui sunt 1000. Haec discrepantia est tam significans, ut non iam possit explicari causâ solitâ.

**MMM**: Tu ipse haec vaccina iam disquisivisti tempore valdê maturo. Quando hoc fecisti?


**HR:** Coepi ea disquirere mense Februario a.2021. Tum prima vaccina accepimus – mense Februario ineunte. Die Valentini a.2021 prima habuimus resultata. Soleo dicere: ‘*Video aliquid quod tu non vides (et tu, quod ego non)*’. Nam primo oportet unum opus alterius verificare, i.e. collegas inter se colloqui de resultatis: ‘*Possuntne ea, quae sub microscopio vidi, esse verae partes vaccini an sunt aliquae res arte factae, aliqua inquinamenta?*’ - Ita est - bene recordor illum diem: Die Valentini – ...

**MMM:** Mense Februario a.2021 – i.e. tempore, quo praeconatio vaccinatoria iam incohata erat. Ergo haec vaccina reverâ sunt adhibita. Quid illo tempore invenisti?


**HR:** Illo tempore imprimis vaccina ***disquisivimus ratione opticâ***. Hic est gradus analysis nostrae primus. Generaliter praescriptum est, in liquore iniciendo ne quid conspiciatur. Praeceptum est, ut solutiones, quas licet sanguini inicere, per colum sive filtrum sunt premendae, cuius maculae sunt latitudinis  $0,02 \mu$  (i.e. 220 nanometra - quae maculae sunt perparvulae!). In solutionibus tantae puritatis sub usitato microscopio optico nihil potest videri. At nos in istis vaccinis invênimus particulas, quae non erant diametri  $0,2 \mu$ , sed 2-5 my.



**THROMBOSIS**







### FIBROSIS

#### tela cellularum pulmonis

a sinistris: tela sana a dextris: tela fibrosa



### NECROSIS CUTANEA

#### vaccinatione covidiana effecta

<https://pubmed.ncbi.nlm.nih.gov/34337117/>

Quare hoc praeceptum quoad perluciditatem liquorum, qui corpori iniciuntur? Nam ex particularum visibilitate mihi apparuit ista vaccina esse periculosa. Idem praeceptum maximê valet, quia particulis, quae tantae sunt, ut sub microscopio optico sint visibiles, effici possunt **thromboses** – **fibroses** – **necroses**. - Ut utar comparatione simplici: In vasi vitreo butyri nucini, quod appellatur *nutella*, si insunt testulae vitreae, omnia vasa huiusmodi revocantur. Particulis autem vaccinorum fit, ut vascula capillaria occludantur solâ praesentiâ particularum, quia eadem non dissolvuntur.



**MMM:** Si vasi *nutellae* insunt testulae vitreae – non iam est *Nutella*, sed *Nutella* testulis vitreis permixta. Ut aliter interrogem: Ea quae in vaccinis invenisti – estne tale vaccinum quale est excogitatum, an est vaccinum negligenter falsatum propter productionem massalem immoderatê exactam?

**HR:** Ad hanc quaestionem solvendam operamur ratione empiricâ. Hoc valet: Semel inventum non valet. Sed interim disquisivimus plus milionem dosium vaccini et iterum iterumque invênimus particulas, quae contrariae sunt praeceptis productionis, quae ne insint praescriptum est et quae còlo sterili auferri potuissent.

**MMM:** Tamen haec mihi videntur effecta esse negligentîa fabricatoris. Putasne hanc vaccinationem hominibus oblatam, etiam periculosa fuisset etiamque supermortalitatem effecisset, nisi vaccinum inquinatum esset? Estne supermortalitas effecta vaccinatione an processu fabricandi?

**HR:** Haec effecta est ex utrâque re. Oportet hunc effectum consideremus subtiliter. Dico eos, qui se sinunt vaccinari, periculum subire compluribus gradibus. Sic dico, ut auditores verba mea intellegant quam optimê. Hoc significat: Primo habeo in vaccino particulas crassas, quibus homines possint affici **infarctu myocardiî, apoplexiâ cerebri, occlusionem vasorum, necrosi**, i.e. post vas occlusum oritur venenum cadaverale et cellulae postpositae depereunt, degenerantur ideoque nonnulli homines vaccinati – etiam falsâ iniectioe – rapidê mortui sunt, quia istae substantiae directê in circuitum sanguinis illatae sunt. Haec est prima causa.

Deinde analyzavimus substantias, quae vaccino infuerunt.

*Substantiae adjuvantes*, quas ibi partim invênimus, spectant ad classem **toxinorum**. Neque a fabricatore aliquid indicatum erat de iisdem. Hic est gradus analysis alter. Ergo primo agitur de inquinamento, quod omnis homo videre potuisset in microscopio discipuli. Omnis medicus prius microscopium laboratorium habebat in praxi suâ aliquo loco collocatum; talis medicus vaccino microscopicê aspecto dixisset: *‘Huic vaccino aliquid inest potentialiter aut mortiferê periculosum.’* Gradus proximus est: Quid inest solutioni? Et partim tales substantias invenimus, quale est **antimonium** sive **stibium**. Hoc nomen non sonat periculosê, sed hoc elementum est eiusdem classis substantiarum ac **arsenum**. Itaque est toxinum, i.e. venenum satis periculosum – quod nocet corpori.

Deinde disquisivimus particulas proximas.

Deinde sub microscopio aspectavimus *nanoparticulas liposomales cationicas*, i.e. globulos pinguaminis, quae insunt. Aliquatenus similes sunt lacti, quod etiam est *emulsio*, cui insunt globuli pinguaminis. Haec *lipida cationica* ipsa iam sunt toxica. Nam eo quod onera ferunt electrica, in corpore possunt efficere *circumiecta cancerogena*. Ergo aliud etiam periculum inest.



D.25. m.Aug. a.2021 *Professorem Dr. Arne Burkhard* pathologum et necroscopum de disquisitionibus meis certiore feci. Qui corporibus hominum vaccino covidiano mortuorum disquisitis conclusit non solum magnitudine particularum et substantiis, quae inessent, haec vaccina nocere, sed etiam iis, quae effectum vaccini corpus ipsum fabricat, i.e. *proteinis cuspidis*. Quae aliquatenus sunt similia *minis* vel *narcis marinis*, quae habent cuspides accensivas. Et cuspides istorum proteinorum sunt similes *cuspidibus accensivis* minarum *primariis*.



Cuspides proteinorum cuspidiorum similiter operantur ac incensoria minarum marinarum. Iisdem displodendis cellulae aperiuntur. Ergo ratio haec non est clavis et claustrum, sed est actio displosiva. Corpus istis proteinis cuspidis similiter affligitur quam globellis sclopeti huc illuc proiectis, ita ut myocarditides et cancer acceleratus oriri possint non solum lipidis illis, sed etiam proteinis cuspidis... eqs. eqs. **Haec hactenus Holger Reißner.**

# TOM LAUSEN

<https://auf1.tv/stefan-magnet-auf1/vertuschung-luege-gesetzesbruch-tom-lausen-zeigt-beweise-zur-impf-kampagne>

**Fucatio, Mendacium, Ruptura lēgum: Thomas Lausen affert numeros ad vaccinationem coronariam spectantes**

17.1.2023



## Das Impfverbrechen in Zahlen

Die Zahlen zu den Impfnebenwirkungen der Covid-19-Impfstoffe bei der heutigen Pressekonferenz der AfD-Bundestagsfraktion mit dem Rechtsanwalt und Datenanalysten Tom Lausen bergen enorme Sprengkraft. Die Datenanalyse bestätigt nun das, wovon aufgeklärte und mutige Ärzte sowie die alternativen Medien seit Jahren warnen. Tausende, völlig gesunde Menschen sind an dem größten medizinischen Experiment verstorben.

[www.auf1.tv](http://www.auf1.tv)

**AUF 1**

**Scelus pseudovaccinationis covidianae  
numeris descriptum**



diagnosis: ICD-10-Code M96.0

**mors subitaria**

**+1004%**

**plures casûs quam a.2021 fuerunt exspectandi**

diagnosis: ICD-10-Code M82.1

**osteoporosis**

**+77%**

**plures casûs quam a.2021 fuerunt exspectandi**

diagnosis: ICD-10-Code M91.5

**leucaemia (cancer sanguinis) adultorum**

**+163%**

**plures casûs quam a.2021 fuerunt exspectandi**

Numeri effectuum vaccinationis covidianae secundariorum, qui in conferentiâ diurnariâ *Factionis Alternativorum* hodiernâ a **Thomâ Lausen**, patrono et analystâ datorum tractantur, apti sunt ad animos auditorum vehementer consternandos. Analyti datorum Lausenianâ confirmantur ea, quorum medici animosi et mente illuminatâ praediti et diurnarii alternativi ex annis monent gravissimê. **Aliquot milia hominum prorsus sanorum interfecti sunt experimento medicinali omnium maximo.**

Argumenta quodammodo explosiva! Analysta **Thomas Lausen** demonstrat persuasibiliter totum systema scivisse de periculis vaccinatorum covidianorum! Gubernatio promisit hominibus se vaccinationes quam accuratissimê curare custodiendas et effectûs secundarios disquirere. Sed haec numquam sunt facta, quamquam lex haec postulat! Hac in emissione **Thomas Lausen** et **Stephanus Magnet** revertuntur ad initium vaccinationis covidianae. Et **Lausen** analysta et auctor librorum plurimum divenditorum documentis demonstrat totius systematis functionarios scivisse quam periculosae essent planiformae vaccinatoriae novi generis. Qui curaverunt, ut homines sibi viderentur esse securi: Quibus promiserant se effectûs secundarios accuratê observaturos, quia hanc esse rem gravissimam. Sed hîc neque illo tempore fecerunt neque nunc faciunt! Ante initium vaccinationum covidianarum m.Dec. a.2020 **Lotharius Wieler**, Praeses *Instituti Roberti Koch* verbatim dixit de detrimentis vaccinando effectis haec: »Maximi est momenti explorare, num causa (effectûs secundarii aut mortis) fuerit vaccinatio aut alius morbus.«

At quid factum est primis hominibus post vaccinationem mortuis? Tum mense Ianuario exeunte a.2021 **Klaus Cichutek**, Praeses **Instituti Pauli Ehrlich** de his casibus mortis dixit hoc: »*Nulla est causa, cur putemus hos casûs esse effectos vaccinatione.*« **Thomas Lausen** in colloquio stationis AUF1 emissoriae interrogatus: »*Nemo*« inquit, »*sanâ mente praeditus adhuc sumere potest ista vaccina!*«

<https://auf1.tv/corona-fakten-auf1/michael-yeardon-corona-wird-fuer-die-globale-gleichschaltung-inszeniert/>

<http://www.vaxtestimonies.org/de/>

<https://www.pi-news.net/2022/01/servustv-doku-im-stich-gelassen-die-covid-impfopfer/>

# EX ALBERTA NOVA SPES



DANIELLA SMITH NOVA ALBERTAE MINISTRA PRIMARIA

**NUM SANA MENS ET RATIO IN MUNDUM REVERTUNTUR ???**  
**NUM EX ALBERTA LUX??? SALVE O DANIELLA SALVATRIX !!!**

**En novos sonos ex Canadâ venientes: Ministra  
Albertae Primaria se excusat pro regimine  
vaccinandi**

<https://tkp.at/2022/10/25/neue-toene-aus-kanada-alberta-premier-entschuldigt-sich-fuer-impf-regime/>

25. Oktober 2022 scripsit *Thomas Oysmüller*, in Latinum convertit *Leo Latinus*

**Ea ministra vult discriminationem covidianam prohibere, QR-mensam datorum „purgare“ et relationes ad Forum Oeconomicum mundanum abrumpere. Promissa novae Ministrae Primariae Albertae sunt magna.**

**Daniella Smith** Albertae nova ministra Primaria civibus spem iniecit rationem politicam coronariam retractatum iri. Quae mulier curare vult, ut omnibus Canadianis concedatur amnestia, qui propter lēges covidianas violatas arrestati aut multati sunt. In congregatione annuâ factionis suae conservativae ideo rogavit, ut adiuvaretur ratione iuridicâ. Daniella: »Nos sumus« inquit, »entia humana. Nos non sumus *notae celeris responsionis*<sup>1</sup>«. Eadem optavit, ut *basis datorum*<sup>2</sup> iam constructa purgaretur et eliminaretur.

### **Amnestia anticovidianorum et aversio a Foro Oeconomiae Mundano**

Iam Daniellae oratione inaugurali multi valdê commoti erant. Die Factionis Daniella iterum animos auditorum improvise occupavit: „*Equidem puto Ministrationem Valetudinis Albertae esse causam multorum problematum nostri.*“ Ministra Primaria vult in locum omnium consiliariorum covidianorum novos supponere. Necnon se avertitur a Foro Oeconomiae Mundano *Nicolai Schwab*:

»*Ministratio Valetudinis Albertae mediâ in pandemiâ quoddam sodalicium iunxit cum Foro Oeconomiae Mundano; hoc tollendum est. Quânam ratione, medius fidius, nos coniuncti sumus cum Foro Oeconomiae Mundano? Hoc finiendum est.*«

Primo loco ut gubernatio se excusaret pro impetibus in populum Canadianum factis nunc necessariam esse amnestiam illorum, qui iniustê multati essent:

„*Mihi in mentem veniunt e.g. illi, qui multam acceperunt, quia mascas non gesserant. Hae non sunt res, propter quas multae accipiantur et in ius vocatur. Inspiciam multarum poenaliū postulationes et ex iurisconsultis quaeram, quas possimus tollere amnestiae causâ.*“

1 **notae celeris respōnsiōnis** – i.q. QR (*Quick Response*)-code. cfr Christian Helfer, *Lexicon Auxiliare*, 3.ed., Saarbrücken 1991, p.150, s.v. Code **notae**, -ārum f.pl.

2 **basis datōrum** i.q. angl. *database* – theod. *Datenbank* – fr. *base de données* – hisp. *base de datos* – ital. *base di dati* – neogr. *βάση δεδομένων*

### **Reconstructionem factum iri radicalem**

Praeterea affirmavit se consilium cepisse, quo Actum Iurum humanorum sic mutaret, ut discriminatio status vaccinatorii causa esset impossibilis. *Daniella* annuntiavit fore, ut haec mutatio legis imprimis spectaret ad vaccina covidiana, nam agi de problemate politico, non medicinali.

*“Cum esset reactio valde specifica ad mandatum vaccinandi valdê specificum, legem feremus quam accuratissimê.”* Notionem vaccinandi denuo id tantum significaturam esse, quod semper significavisset usque ad hos paucos annos, i.e. immunizationem contra morbum infectionis.

*Daniella*, quae fuerat diurnaria, antequam ad rem publicam accessit, imprimis vult radicaliter reformare *Ministrationem Valetudinis Albertae* („*Alberta Health Services*“, *AHS*). Ibi enim hominibus non remediis covidianis (proba, masca, quarantaena, siphunculus genotechnicus) tractatis nondum permittitur, ut operentur. *Daniella* pollicita est se dimissuram esse totum praesidium et hanc ministrationem funditus novâ ratione organizaturam.

*„Systema, amici mei, est defectum. Plerique eorum, qui ministrationem Valetudinis Albertae hodie dirigunt, relictis sunt ex temporibus Novae Factionis Democraticae (New Democratic Party). Qui occasione oblatâ istud systema inflatum reparandi, sed in rebus ferê omnibus sine ullo successu bono egerunt. Successus improspere non iam est optio.“*

Evidenter apparet regimen *Iustini Trudeau* in Provinciâ Albertâ impugnari ab adversariâ voce gravi praeditâ.

***De Daniellâ Smith***

***Ministrâ Albertae Canadianae***

***refert***

***Thomas Oysmüller***

***in Latinum convertit***

***Leo Latinus***

# FLORIDANUS MAGNAE SPEI: RONALDUS DE SANTIS



<https://reitschuster.de/post/florida-wird-medizinische-einrichtungen-zur-rechenschaft-ziehen/>  
„Florida wird medizinische Einrichtungen zur Rechenschaft ziehen“ Hoffnung aus den USA: Gouverneur setzt Lauterbachs Albtraum um VERÖFFENTLICHT AM 16. Dez 2022

**FLORIDA**, ea civitas Civitatum Unitarum, in quâ sol solet splendêre, hōc tempore multis in rebus videtur dirigi secundum programma non solum Vassintoniae mionophilae sive vigilanti<sup>1</sup>, sed etiam Germaniae prorsus contrarium.

Huius mutationis imprimis responsalis est *Ronaldus DeSantis*, gubernator republicanus, quem nonnulli iam habent pro praeside Civitatum Unitarum futuro.

*Ronaldus DeSantis*, rivalis sive competitor *Donaldi Trump* in republicanorum candidaturâ praesidentis petendâ, qui a *Speculo*

<sup>1</sup> **vigilāns**, -ntis sive **\*mionóphilus**, -a, -um sive **\*minōritārius** i.q. angl. *woke*. cfr neogr. μειονο-ψηφία theod. *Stimmenminderheit*. - **\*vigilantismus**, -ī m. - **\*mionophīlia**, -ae m. sive **\*minōritātismus**, -i m. angl. *wokeness*. - <https://de.wikipedia.org/wiki/Woke>: „...Ab 2012 wurde das Wort sowie die Formulierung „to stay woke“ („wach bleiben“) vermehrt auf [Twitter](#) verwendet. Die [Black-Lives-Matter-Bewegung](#) griff ihn ab 2014 auf und rückte ihn verstärkt ins öffentliche Bewusstsein. Bei seiner Verbreitung im Mainstream wurde der Begriff erweitert und wird nun nicht mehr nur mit antirassistischem Aktivismus, sondern mit [progressiver linker Politik](#) und [Identitätspolitik](#) allgemein bzw. mit einem **Bewusstsein für Ungerechtigkeiten, Ungleichheit und Unterdrückung von Minderheiten** verknüpft...“



*Hammaburgensi (Der Spiegel“)* appellatur „*Trumpius, sed intelligens*“, Democratis electis et vigilantibus terrorem iniecit. Necnon hominibus pandemiae assectatoribus. Ut interim decet omnem republicanum probum, a revolutionariis cultualibus sinistris increpitatur nomine *fascistae*.

Eius scelus est hoc: DeSantis adversatur transformationi rei publicae et societatis. Brevi ante îdem vir: „*Nos Floridani*“ inquit, „*nolumus cogi, ut accipiamus valores Davosienses, nos volumus valores **Destini**<sup>1</sup> et **Dunedini**<sup>2</sup>, ubi adolevi*“: „*Ratio politica Fori Oeconomiae Mundani, ubicumque accessit Floridam, est mortua, hanc viam nolumus ingredi.*“ Praeterea annuntiavit resolutione cum maioritate adiutorum factâ „*dispensatores fundi Floridae monitum iri, ut solidê investiant pro usuris effectivis, non pro ideologiis vigilantisticis.*“ Necnon migratores eo curavit aeroplano auferendos, ubi electarii sinistri vini spumosi sorbillatores habent suas sedes aestivas.



Etiam temporibus pandemiae Ronaldus resistebat remediis coronariis. Cum hac in terrâ testimonia vaccinationis postularentur et cives non-vaccinati emarginarentur, Ronaldus in Floridâ interdixit, ne ab hominibus postularentur testimonia vaccinationis. Publicê homines admonuit, ut

1 **Destin** est urbs Floridana, pars Comitatus *Okaloosa*, quae habuit a.2020 13.931 incolas.

2 **Dunedin** (*də'ni:dm*) est urbs Floridana, pars Comitatus *Pinellas* ([Pinellas County](#)), quae habuit a.2020 36.068 incolas. Nomen huius urbis derivatum est a nomine Edinburghi Scotici (*Dùn Èideann*).

mascas deponerent, et in mediis socialibus censuram vituperavit et postulavit, ut eadem puniretur.

Nunc autem denuo personam gerit praecipuam. Cum apud nos adhuc critici remediorum publicê calumnias passi sint pro eo, ut responsales rationem reddant, îdem vir conservativus, qui magnâ maioritate civitatem Floridae olim oscillatoriam<sup>1</sup> attulit in manûs Republicanorum, nunc annuntiat iniuriam coronariam retractatum iri. Ronaldus vir vigilantistis et russato-prasinis exosus in planiformâ friguttitoriâ nuper scripsit haec:

„*Florida institutionem medicinalem in ius vocabit his rationibus quae sequuntur:*

- *constituet magnum iudicium, quo disquirentur siphunculi nuntium acidum ribonucleinicum continentis*
- *disquiret casûs mortis cardiales qui cohaerent cum vaccino nuntii acidi ribonucleinici*
- *constituet Comissionem Integritatis Valetudinis Publicae, quae custodiet institutionem medicinalem.*“

Quid nobis restat nisi ut Civitatibus Unitis invideamus talium politicorum, qualis est **Ronaldus DeSantis**. Speremus autem undam illuminationis, quam Ronaldus excitaturus est, etiam currat trans Mare Atlanticum. Nam doleo maifestissimum esse, quod *in Germaniâ* neque politici neque diurnarii neque reliqua societas sciunt se ipsos e palude rei politicae coronariae atque vaccinatoriae trahere.

**DE RONALDO DE SANTIS  
GUBERNATORE CIVITATIS FLORIDAE  
THEODISCĒ RETTULIT  
Boris Reitschuster  
IN LATINUM CONVERTIT  
Leo Latinus**

---

1 *civitas \*oscillâtoria* i.q. angl. *swing state*. *toss-up-state* (*civitas monetae iactae*) sive *battleground state* (*civitas campî proeliâris*) sive *purple state* (*civitas violacea*). Quae nomina spectant ad suffragia Civitatum Unitarum praesidentialia. In civitate oscillatoriâ utraque factio magna (Democratae et Republicanus) ferê eâdem probabilitate potest victoriam parere, ut incertissimum est, quomodo electio evadat. Color Democratarum est caeruleus, Republicanorum ruber. Itaque dicitur civitas oscillatoria etiam „*violacea*“, nam mixtura coloris rubri et caerulei est violaceus.





# **SCELERA CORONARIA: CAUSAM DICANT RESPONSABLES !**



Die Saturni, d.05. m.Nov. a.2022, h.15:59

**In Colloquio RUBICONIS interrogatorio exclusivo *Marcus Klöckner et Thomas-Olivarius Regenauer et Wolfgang Wodarg* explicant, quantam culpam delictores iniuriae coronariae**

contraxerint et quomodo novus liber Rubiconis plurimum divenditus conferat ad retractationem atque reconciliationem.

scripsit [Nicolas Riedl](#), in Latinum convertit *Leo Latinus*.

Societas facta est acervus testarum. Vas nostrae civitatis cum antea iam egisset nonnullas rimas, duobus dimidioque annis totalitarismi valetudinarii funditus diruptum est. Fracturae inveniuntur in officinis et circulos amicorum immo in ipsis familiis. Delictores istius operis destructivi habent nomina, quae appellanda sunt quam saepissimê. Isti diffiderunt et homines aliter cogitantes diffamaverunt et alios in alios instigaverunt. Gradus gravitatis verborum malorum, quae isti fecerunt, variatur a *cavillationibus subtilibus* per *laesiones poenâ legitimâ dignas* usque ad regionem *demagogiae instigatoriae*. *Iohannes Lehrich* de istâ iniuriâ collocutus est cum *Volfgango Wodarg* medico et *Marco Klöckner* diurnario, uno ex auctoribus libri Rubiconis plurimi divenditi, c.t. „*Möge die gesamte Republik mit dem Finger auf sie zeigen*“ („Utinam tota res publica digito istos demonstret“) et *Thomâ-Olivario Regenauer* productore musico, qui epilogum huius operis scripsit.

„*Utinam tota res publica digito istos demonstret.*“ Hic non est clamor, quem tertiâ cervesiâ potatâ ex ore edidit vir ad mensam cauponae sibi solitam sedens. Ista sententia contemptûs democratiae hominumque plena scripta est a *Nicolao Blome* redactore praecipuo quondam vicario ephemeridis, c.t. „BILD“ et direttore rerum politicarum stationum *n-tv* et *RTL* — qui unus fuit ex multis participibus sceleris contra genus humanum, de quo nunc nemo iam participum aliquid scire vult. Eius sententiâ nunc decoratum est involucrum novi libri Rubiconis plurimum divenditi, quem scripserunt *Marcus Klöckner* et *Iohannes Wernicke* editor Rubiconis. Hoc opus citat innumera verba odii plena et ad homines instigandos his duobus et dimidio annis facta, delictores appellat nominibus neque ulla relinquit refugia, in quae isti aufugiant, se abdant, culpam a se ipsis ad victimas convertant. Praeter *Marcum Klöckner* disputant *Thomas-Olivarius Regenauer* et *Volfgangus Wodarg* cum *Iohanne Lehrich*, quatenus talia verba immoderata frequentissima excusari possint propter timorem morbi vîralis, et quantâ vehementiâ laesio verbalis incipiat, quae habenda sit pro *instigatione populi* aut *laesione dignitatis humanae* aut simili re graviter puniendâ.



Quia hoc phaenomenon non solum spectat ad singulos homines, in circulo colloquentium etiam perquiritur, qualem personam gerant institutiones democraticae et quatenus erraverint. Insuper colloquentes etiam tractant, qualia detrimenta materialia et psychica ceperint individua et societas et quid faciendum sit, ut iniuriâ coronariâ retractatâ sequatur processus reconciliationis, qui spectabit ad totam societatem.

### **Textus involucris lateralis:**

Isti homines iniuriae coronariae fuerunt participes. Isti cives innocentes et odio et violentiâ affecerunt, libertate privaverunt. Isti custodiverunt et minati sunt et coegerunt et puniverunt. Isti instigaverunt et diffiderunt et homines humanitate privaverunt eorumque animam violaverunt. Isti criticos declaraverunt esse hostes rei publicae. Politici et diurnarii et scientistae et praepositi negotiationum sibi non temperaverunt, quin ut vespillones democratiae dogmatibus quasi-religiosis et veritatibus putativê definitivis finem annuntiaverunt ordinis democratici.

*Marcus Klöckner* et *Iohannes Wernicke* explanaverunt dilucidê: Novum totalitarismum numquam tantummodo in non-vaccinatos impetum facere, sed velle ubique terrarum homines iuribus privare et subicere. Reconciliatio est possibilis, sed fieri non potest, nisi victimae defectionem animae superant et delictores responsalitem suscipient detrimentorum incredibilium et vitae et libertatis, quae aliis intulerunt, et remunerabuntur.

### **Verba ex libro allata:**

»*Equidem hâc loco expressis verbis rogo, ut omnes illi detrimenta capiant socialia, qui voluntariê vaccinationi renuntient. Utinam tota res publica istos digito demonstret.*« —

**Nikolaus Blome**, director rei politicae et socialis in redactione centrali gregis medialis *RTL Deutschland* necnon columnista interretialis Horrei nuntiorum, c.t. *Der Spiegel*

»*Hem, scilicet medullitus gratias ago omnibus non-vaccinatis. Vestri gratiâ nobis imminet proxima hiems in quarantaenâ degenda. (...) Remedia (masca, probae, quarantaena) in Saxoniâ et Bavariâ annuntiata sunt tamquam alapae iis ductae, qui his mensibus transactis solidaritatis causâ se siverunt vaccinari. (...) Omnes recusatores vaccinationis debent vituperari, quod etiam culpam contraxerunt condicionis praesentis. Isti etiam responsalitem participes, quia societas nunc denuo deprimitur. (...) Necnon isti ex se quaerant oportet, quatenus sint responsales pro*

*aliquot milibus victimarum huius undae coronariae. Nimis diu politici responsales dubitaverunt. Qui multo prius debuerunt magis premere non-vaccinatos. Sed certê timuerunt, ne ira non-vaccinatorum effectum haberet ad resultata suffragiorum. Hoc temere factum est et ideo etiam res sic est ut est: Nunc unda non iam potest refrenari.*« — **Sarah Frühauf**, diurnaria, MDR, commentatrix „Thematum diei“

»Nunc vexor a classe scholari, quae versatur in apodyterio societatis meae disportualis, cuius dimidia ferê pars discipulorum mascam gerit armillae circumpositam – etiam postquam eos monui mascam ibi positam neminem posse protegere. Quare magister istis non scribit notam pessimam pro istâ negligentîa – ita, ut fieri solet, si obliviscuntur calceos suos disportuales? Nullam mascam gerere (aut non apto modo eam gerere), id est genus violationis corporis temerariae – quo delictor comprobatur, quod fortasse alii inficiuntur. (...) Istam negligentiam adolescentium petulantium ne diutius patiamur! Aliquis, qui nolit mascam gerere, oportet ut a munere scholari suspendatur. (...) Istis debemus clarê dicere, quod nos taedeat istius petulantiae. Iamiam desinant remorari, desinant negligere, desinant praecepta praetermittere, desinant parasitari vaccinatione aliorum. Immunitas gregalis non ex caelo decidit. At raro tam facile erat eandem accipere. Satis est punctiuncula.« —

**Martin Zeyn**, redactor, Radiophonia Bavarica

»Hoc in eo positum est, num proximis mensibus satis multi homines sinant se vaccinari. Alioquin praedico nos ex medio mense Octobri incisuros esse in novas difficultates. Ego quoque in hac re non desino urgere. Mihi etiam videtur tempus esse maximum, ut introducatur obligatio vaccinatoria. Est insociale se non sinere vaccinari.«. — **Wolfgang Niedecken**, musicus, vir frontalis gregis musici BAP

<https://www.rubikon.news/artikel/die-verantwortlichen-zur-rechenschaft-ziehen-2>

Nicolaus Riedl: „A responsalibus rationem reposcere“

„Rubikon“ die Saturni, d.05. m.Nov. a.2022, h.15:59

# ECCE IMMANUEL I. IMMERDATOR CIVIUM NON-VACCINATORUM

\*IMMERDATOR, -ORIS M. *i.q. concacator, incopriator.*



**Immanuel I. Immerdator** Imperator Francogallorum, qui firmê promisit se omnes cives suos non-vaccinatos immerdaturum esse. Îdem in Palatii Elysei sellâ familiaricâ inauratâ sedens non-vaccinatos in hypogeis stantes laetificat laetamine suo imperiali, ut vivant crescant floreat...

<https://www.youtube.com/watch?v=H8Hf-mqvgzE> „«EMMERDER les non-vaccinés»: Emmanuel Macron «assume totalement»

\*IMMERDO, -ARE *i.q. concacare, incopriare.*

»Les non-vaccinés, j'ai très envie de les emmerder. Et donc on va continuer de le faire, jusqu'au bout. C'est ça, la stratégie.« »Non-vaccinati - perlubet mihi istos immerdare. Et deinde pergemus hoc facere, usque ad finem. Hoc est stratagemata. <<

<https://www.cnrtl.fr/etymologie/emmerder>

**EMMERDER, verbe trans.** Étymol. et Hist. 1. Av. 1436 « couvrir de merde » (Gloss. de Salins ds Gdf.) „vx` ds Lar. Lang. fr.; 2. 1828-29 « se moquer de quelqu'un, ne faire aucun cas de lui » (Raban, Marco Saint-Hilaire, *Mém. forçat*, t. 2, p. 160 : Laisse donc, ... je te dis que je l'em... lui [ce jeune soldat fanfaron] et tout le régiment); 3. 1830 « ennuyer quelqu'un par des tracasseries, des discours, etc. » (L'Héritier, *Suppl. Mém. Vidocq*, t. 1, p. 303 : [le condamné à mort] ... c'est pour me tuer. Ça m'emmer... [L'abbé] Il faut se résigner); 1857 *emmerdant* part. prés. adj. « qui cause de l'ennui, du tracass » (Goncourt, *Journal*, p. 323 : C'est **emmerdant**). Dér. de *merde*\* « excréments »; préf. *en-*\*; dés. *-er*.

<https://www.nzz.ch/feuilleton/emmerder-was-hat-emmanuel-macrons-wortwahl-zu-bedeutend-ld.1664140>

<https://www.youtube.com/watch?v=FEGJM-kwHcI>

<https://www.france-blog.info/emmanuel-macron-les-non-vaccines-jai-tres-envie-de-les-emmerder>

<https://www.luzernerzeitung.ch/international/frankreich-emmanuel-macron-ging-auf-ungeimpfte-los-jetzt-wird-sein-vulgaerer-spruch-zum-bitteren-eigengoal-ld.2237499>

## ECCE SIGNIFICATIONES HUIUS VERBI FRANCOGALLICI THEODISCAE: quod est polysemia stupenda.

I . emmerder [ãmɛrde] VERB trans ugs

1. emmerder (enerver): **emmerder** nerven ugs

**emmerder** auf den Nerven herumtrampeln ugs

se laisser **emmerder** par qn sich von jdm verrückt machen lassen ugs

2. emmerder (contrarier) rumeur, probleme: **emmerder** verrückt machen ugs

etre emmerde(e) in der Klemme sitzen ugs

3. emmerder (barber): **emmerder** ankotzen sl

Wendungen: [eh bien, moi] je vous/t'emmerde ! rutscht/rutsch mir doch den Buckel runter! ugs

II . emmerder [ãmɛrde] VERB refl ugs

1. emmerder (s'ennuyer): **s'emmerder** Daumchen drehen ugs

ne pas **s'emmerder** avec qn sich mit jdm nicht langweilen

2. emmerder (se demener): **s'emmerder** a faire qc sich abrackern um etw zu tun ugs

Wendungen: il/elle ne s'emmerde pas ! es juckt ihn/sie nicht gros ugs

Boni homines novi

**»Covidiotae<sup>1</sup>« viderunt vera -  
cogitatores transversi<sup>2</sup> cogitaverunt rectê!**

Egemus nunc exploratione **iniuriae coronariae** prolixâ: commissiones investigativae, causae poenales, commissiones poenales.

Milosz Matuschek



ECCE »GESTOR PETASI ALUMINEI«

*Etiam istud fuit nomen irrisorium („Aluhutträger“) hominibus impositum, qui nollent pandemiae ficticiae causâ desuefieri a cogitatione autonomâ et privari libertate sententiae dicendae.*


**Magnum illud verbum parvum**

Nullâ in viâ hanc rem licet praeterire: Oportet retractare complexum iniuriae coronariae in totâ societate factae. Oportet ne quid omittatur, ne quid reticeatur: tractanda sunt omnia. Index quaestionum apertarum est infinitus: Num vîrus umquam insulatum est? Quomodo fieri potuit, ut technologia acidi nuntii ribonucleinici novi generis, quae prioribus in probarum seriebus adhibita effectum habuerat fatalem, permissa est festinantissimê? Quomodo fieri potest, ut istud acidum ribonucleinicum nunc tamen e lacte materno transferatur in infantulos, et ut in multis feminis post vaccinationem menstruatio solito vehementior sit, quamquam ista antea aut impossibilia esse aut breviter tantum fieri dicta erant? Quid

1 \*covidîôta, -ae m. i.q. orig. Covidioten (Covid + idiotae)

2 cõgitãtor trãnsversus orig. Querdenker

de supermortalitate anni 2022 putativê aenigmaticâ in numerosis terris observatâ? Quomodo fieri potuit, ut vaccinum, quod voce magnâ et dilucidâ proclamatum erat expers effectuum secundariorum necnon efficax, prorsus contrarium sit verum? Pro quâ investigatione viri coronarii Wuhanensi Antonius Fauci *ante* pandemiam per Petri Daszak *Eco Health Alliance* tradidit pecunias investigandi?



**Gilbertus Keith Chesterton** auctor Britannus dicit haec: »Societas est in statu dilapsionis aut temporariae aut finalis, si sensus communis, si ratio humana fit insolita atque inusitata«. Si respicis ad duos hos annos praeteritos, videbis hoc valdê congruere. Is qui signa temporis maturê cognovit sensu suo ventris et naturali intuitionem et sensu communi confusus suspiciosus cavit, ne vaccinationem covidianam subiret, quae sensu vero omnino nulla fuit vaccinatio, quia neque infectionem vaccinatorum prohiberet neque aliorum hominum prope eos versantium prohiberet.



**SASKIA ESKEN praeposita socialistarum (SPD):**

»Milia **Covidiotarum** Berolini (*contra remedia coronaria manifestantia*) celebrant dicentes se esse *undam alteram*, sine distantîâ, sine mascâ«



Quomodo fieri potuit, ut *Ursula von der Leyen* praesidentissa commissionis sôla apud Pfizerianos vaccinum pro 70 miliardis euronum sibi mandaret et tachygrammata<sup>1</sup> sophophoni sui deleret? Etiam magistratûs investigativi Unionis Europaeae sitienter volunt hoc scire.

Magnum illud verbum parvum, quod in pandemiâ fuit clavis omnium, fuit „*tantummodo*“.

Tantummodo in duas septimanas. Tantummodo est masca. Tantummodo est punctiuncula. Interim advênimus æram illius »*nunc tamen*«. Id quod est fatale: Ut veniretur a dubitatione ad scientiam certam, ***factum est globale experimentum medicinale unicum et singulare, cuius obiecta non voluntaria fuerunt homines, quod fraude erat institutum et quo effecta sunt innumera detrimenta collateralia.*** At secundum ***Codicem Norimbergensem*** (v. *supra* p. 39sq.) prohibitum est, ne experimenta fiant hominibus probandis sine probandorum assensu. Etiam remotâ hac prohibitione quaestiones iuridicae sunt ponendae: E.g. etiam prohibitum est, ne medicamentum commendetur praeconatione commerciali sub praetextu alicuius qualitatis putativae, quâ medicamentum *de facto* non est. D.25. m.Febr. a.2021 ephemeris „BILD“ teste *Ugure Sahino* conditore fabricae Biontechnicae et „*heroe vaccinatore*“ proclamavit: »*Vaccinati non iam sunt contagiosi!*« D.14. m.Aug. a.2021 *Carolus Lauterbach* in *Planiformâ Friguttitoriâ* annuntiavit ***vaccinationem esse expertem effectuum secundariorum et servare vitam.*** Vaccinatio praedicata est ratio, quâ effugeremus e pandemiâ et mutatrix Fortunae fatalis necnon *via* quâ rediremus in libertatem *definitiva*. Testimonia covidiana ab *Alano Berset* dicta sunt indicare ***acceptorem non iam esse contagiosum.*** *Martinus Ackermann*, director Investigationis Covidianae (*Covid-Task-Force*), contendit pandemiam intra octo septimanas finitum iri, si quidem omnes sinerent se vaccinari.

Ut res certior fieret, globale experimentum institutum est unicum et singulare, cuius probandi fuerunt homines. At mendacium vaccinatorium non est delictum leviculum. Nam idem factum est fundamentum miliardarum inoculationum experimentalium, id est violationum corporalium, quarum permultis effectae sunt aut mortes aut detrimenta

---

1 \*tachygramma, -atis n. i.q. SMS.

gravia, quae apparent ab experimentatoribus concessa esse comprobantibus.



**Non animadvertitur in Saskiam Esken praepositam socialistarum, quae criticos coronarios increpavit nomine ‘covidiotarum’: Hoc permitti propter libertatem sententiae dicendae.**

Mendacio vaccinationis et methodo fraudulentâ miliardae pecuniarum vectigalium subintroducuntur sunt in manûs fabricatorum vaccini; politici et functionarii valetudinis et diurnarii fuerunt delictores complices fraudationis pharmaceuticae totius historiae omnium maximae. Isti delictores unâ fraudaverunt mundi populationem simulque eandem subiecerunt libertate deminutâ et humilitatione sociali. Expeditio vaccinationis covidianae ubiquitaria est quodammodo ingens peregrinatio paludosissima per coactiones et fraudationes et corruptiones et diffamationes et libertatis praedationes et violationes corporum (cum effectu mortifero) milionesies factas. Loquimur de scelere monstruoso, quod spectat ad totum genus humanum et cuius finis nondum est cognoscibilis.

### **Diurnarii delictores industriae pharmaceuticae complices**

**Quomodo fieri potuerunt ista omnia?** Hoc imprimis quaerent generationes futurae – nisi portio natalis etiam magis deminuetur. Nam nuntii publici et declarationes officiales abundant lacunis et aporiis et locis obscuris et contradictionibus; tamen scepsis, i.e. dubitatio rationalis atque scientifica in flumine mediali praecipuo adhuc non gratae sunt; calamitas tacendo absconditur, ne pateant peccata propria.



At iam ante pandemiam multae fuerant causae dubitandi et suspicandi: e.g. Pfizerianis et Johnsoniis (*Johnson & Johnson*) tot miliardae remunerationis propter peccata priora fuerant solvendae (Pfizeriani multati sunt propter praeconationem producti illegalem, Johnsonii propter asbestum pulveri infantulorum immixtum), ut profecto quaerendum sit, ***ubi protectio valetudinis finiatur et incipiat scelus organizatum.*** Diurnarii vernilitate erga gubernationes et industriam pharmaceuticam facti sunt earum delictores complices.

Quo usque tandem manebit ista domestica pax corrupta? Pecuniis, quae solutae sunt a gubernationibus ad praeconia inserenda et sponsionibus, quas pependerant industria pharmaceutica et capitalistae (pseudo)philanthropi qualis est *Vilelmulus Gatesius*, cives prorsus desierunt fidem habere mediis diurnariis.

*Unum* est responsales calamitatis coronariae in ius vocare. *Alterum* est quaerere, quomodo societas possit pacari. Iniuria facta non potest fieri infecta, vulnera inflictata, si optimê, possunt sanari. Etiam remuneratio dolorum et damnorum reparatio ex magno fundo lucratorum pandemiae hauriendae iniuria partim tantum vindicari poterit. In fine optimum vinculum concordiae est veritas.

### **Iudices caeci**

Nunc necessaria est investigatio quam accuratissima. Processus poenales nescio an prosint indicia colligentibus et documentantibus. At dubium est, num iudicia praesentia paria sint huic muneri gerendo. Si ipsi iudices iudicii constitutionis basin datorum gubernationis non perscrutantur, sed tamquam caeci recipiunt sibi tradita, potius egemus novis iudiciis coronae extraordinariis iudicibus onere culpae liberis et participatione vulgi quam frequentissima et accessu ad auditum iuridicum facili et gratis concedendo. Oportet omnem civem ita instruere, ut accipiat quaestionum sui apertarum responsiones et detrimenta sua sive professionalia sive valetudinaria sive financialia ad indicem redigere.

Antequam institutum erit iudicium coronae extraordinarium, institui poterunt commissiones veritatis, quales iam probatae sunt in sceleribus humanitatis maximis iudicandis. Quibus curandum erit, ut ratione individuali fiant spatia disputandi et praebeantur planiformae mutuae permutationis et reconciliationis. In fine parum proderit tantummodo scire, quomodo in calamitatem a nobis ipsis effectam illapsi simus – debemus discere, quomodo eandem retractatam post nos relinquamus. Alioquin manebimus societates discissae, quae pessimè praeparatae sint ad difficultates futuras superandas.

*Milosz Matuschek* est iurisconsultus et editor sitûs interretialis, q.e. [www.freischwebende-intelligenz.org](http://www.freischwebende-intelligenz.org), et auctor libri plurimum venditi, c.t. «*Wenn's keiner sagt, sag ich's*» (Fifty-Fifty) (i.e. Latinê: „Si nemo hoc dicit, ego dicam“.

## **CONCORDIA RES PARVAE CRESCUNT DISCORDIA MAXIMAE DILABUNTUR**

Schöne neue Welt

### **Die »Covidioten« hatten recht**

Wir brauchen jetzt eine umfassende Aufklärung des gesamten Corona-Unrechts:  
Untersuchungsausschüsse, Strafverfahren, Wahrheitskommissionen.

[Milosz Matuschek](https://www.servustv.com/aktuelles/a/reportage-im-stich-gelassen-die-covid-impfopfer/201058/)

<https://www.servustv.com/aktuelles/a/reportage-im-stich-gelassen-die-covid-impfopfer/201058/>

## DE LOCUSTA VENEFICA NERONIS



NERONE PRAESENTE LOCUSTA VENEFICA SERVO IMBUTO PROBAT  
VIM VENENI QUO BRITANNICUM STUDET NECARE.  
PINXIT JOSEPH-NOEL SYLVESTRE A.1876.

TACITUS, Annales 12, 66. [66] In tanta mole curarum valetudine adversa corripitur, refovendisque viribus mollitia caeli et salubritate aquarum Sinuessam pergīt. tum Agrippina, sceleris olim certa et oblatae occasionis propra nec ministrorum egens, de genere veneni consultavit, ne repentino et praecipiti facinus proderetur; si lentum et tabidum delegisset, ne admotus supremis Claudius et dolo intellecto ad amorem filii rediret. Exquisitum aliquid placebat, quod turbaret mentem et mortem differret. Deligitur artifex talium vocabulo **Locusta**, nuper veneficii damnata et diu inter instrumenta regni habita. Eius mulieris ingenio paratum virus, cuius minister e spadonibus fuit **Halotus**, inferre epulas et explorare gustu solitus.

[67] Adeoque cuncta mox pernotuere ut temporum illorum scriptores prodiderint infusum delectabili boleto venenum, nec vim medicaminis statim intellectam, socordiane an Claudii vinolentia; simul soluta alvus subvenisse videbatur. Igitur exterrita Agrippina et, quando ultima timebantur, spreta praesentium invidia provisam iam sibi Xenophontis medici conscientiam adhibet. Ille tamquam nisus evomentis adiuvaret, pinnam rapido veneno inlitam faucibus eius demisisse creditur, haud ignarus summa scelera incipi cum periculo, peragi cum praemio.

[68] Vocabatur interim senatus votaue pro incolumitate principis consules et sacerdotes nuncupabant, cum iam exanimis vestibus et fomentis obtegeretur, dum quae res forent firmando Neronis imperio componuntur. Iam primum Agrippina, velut dolore victa et solacia conquirens, tenere amplexu Britannicum, veram paterni oris

effigiem appellare ac variis artibus demorari ne cubiculo egrederetur. Antoniam quoque et Octaviam sorores eius attinuit, et cunctos aditus custodiis clauserat, crebroque vulgabat ire in melius valetudinem principis, quo miles bona in spe ageret tempusque prosperum ex monitis Chaldaeorum adventaret.

**TACITUS, Annales 13, 15** [15] Turbatus his Nero et propinquo die, quo quartum decimum aetatis annum Britannicus explebat, volutare secum modo matris violentiam, modo ipsius indolem, [le]vi quidem experimento nuper cognitam, quo tamen favorem late quaesivisset. festis Saturno diebus inter alia aequalium ludicra regnum lusu sortientium evenerat ea sors Neroni. Igitur ceteris diversa nec ruborem adlatura: ubi Britannico iussit exurgeret progressusque in medium cantum aliquem inciperet, inrisum ex eo sperans pueri sobrios quoque convictus, nedum temulentos ignorantis, ille constanter exorsus est carmen, quo evolutum eum sede patria rebusque summis significabatur. unde orta miseratio, manifestior quia dissimulationem nox et lascivia exemerat. Nero intellecta invidia odium intendit; urgentibusque Agrippinae minis, quia nullum crimen neque iubere caedem fratris palam audebat, occulta molitur pararique venenum iubet, ministro Pollione Iulio praetoriae cohortis tribuno, cuius cura attinebatur damnata veneficii nomine **Locusta**, multa scelerum fama. Nam ut proximus quisque Britannico neque fas neque fidem pensi haberet, olim provisum erat. Primum venenum ab ipsis educatoribus accepit, tramisitque exsoluta alvo parum validum, sive temperamentum inerat, ne statim saeviret. Sed Nero lenti sceleris impatiens minitari tribuno, iubere supplicium veneficae, quod, dum rumorem respiciunt, dum parant defensiones, securitatem morarentur. promittentibus dein tam praecipitem necem, quam si ferro urgeretur, cubiculum Caesaris iuxta decoquitur virus cognitum antea venenis rapidum.

[16] Mos habebatur principum liberos cum ceteris idem aetatis nobiles sedentes vesci in adpectu propinquorum propria et parciore mensa. Illic epulante Britannico, quia cibos potusque eius delectus ex ministris gustu explorabat, ne omitteretur institutum aut utriusque morte proderetur scelus, talis dolus repertus est. Innoxia adhuc ac praecalida et libata gustu potio traditur Britannico; dein, postquam fervore aspernabatur, frigida in aqua adfunditur venenum, quod ita cunctos eius artus pervasit, ut vox pariter et spiritus [eius] raperentur. trepidatur a circumsedentibus, diffugiunt imprudentes: at quibus altior intellectus, resistunt defixi et Neronem intuentes. Ille ut erat reclinis et nescio similis, solitum ita ait per comitalem morbum, quo prima ab infantia adflicteretur Britannicus, et redituros paulatim visus sensusque. at Agrippina[e] is pavor, ea consternatio mentis, quamvis vultu premeretur, emicuit, ut perinde ignaram fuisse [quam] Octaviam sororem Britannici constiterit: quippe sibi supremum auxilium ereptum et parricidii exemplum intellegebat. Octavia quoque, quamvis rudibus annis, dolorem caritatem omnes adfectus abscondere didicerat. ita post breve silentium repetita convivii laetitia.



## De Artibus Magicis

### I. SALUTATIO

**Favonius:** Salvete, omnes! Mihi nomen est Marcus Favonius et hoc est Forum Romanum! Quid novi est hodie? Brevi tempore videbimus. Ante omnia, autem, ecce Dictum Hodiernum!

### II. DICTUM HODIERNUM

**Lector:** Hoc est dictum hodiernum: Non semper ea sunt quae videntur.

### III. QUID NOVI ?

**Favonius:** Verba notanda. Et nunc videamus quid novi sit. Hodie spectaculum novum insolitumque visum est. Imperator Nero Claudius Caesar divi filius ludos edidit et—quod maxime mirandum est—nonnullos ex ordine senatorio et equestri coegit ut in ludis ipsis certarent! Cui facto multi spectatores reclamabant, inter se murmurantes hoc factum infra dignitatem esse; apud vulgus tamen erat aliquid gaudii spectare nobiles viros tam ridiculos factos. Constat omnibus ludos scaenicos et circenses maximi momenti Neroni esse, nam illis rebus operam studiose dare solet. Et nunc oportet nos introducere hominem insignem et hodiernam quae est cum Iulia Pauli.

### IV. PERSONA NOTANDA

**Iulia:** Gratias, Favoni. Mecum est Locusta, venefica fama notissima. Iubeo te salvere, Locusta!

**Locusta:** Lucusta nominari mâlo, si non incommodumst, tametsi multi me Locustam appellant.

**Iulia:** Bene, Lucusta. Ut fama est, tu in amicitiam aliquam Neronis Caesaris recepta est, nonne?

**Locusta:** Ita est. Neronem ego novi et is me. **Iulia:** Sunt multi qui dicant te propter venenorum scientiam tuam etiam in amicitiam Agrippinae, matris Neronis, receptam esse.

**Locusta:** Fortasse de morte divi Claudii nunc loqueris?

**Iulia:** Etiam. Dicunt Claudium fungis veneno imbutis mortuum esse, enimvero dicunt te hoc venenum Agrippinae, Claudii uxori, dedit.

**Locusta:** Nec aio nec nego. Multi fungis malis mortui sunt. Haec solent fieri.

**Iulia:** Etiam idem dicunt tua opera Neronem veneno Britannicum necavisse, Propterea quod Nero te divitiis amplissimis remuneratus.



**Locusta:** Sane sunt multi qui ita putant. Neronem me divitiorem fecisse fateor, sed propter medicamenta potionesque efficaces quae ego ei ipsi paravi. Non semper ea sunt quae videntur.

**Iulia:** Sed tu narra mihi, si incommodum non est, quales potiones igitur paraveris?

**Locusta:** Quae prosint gutturi, nam Nero, ut omnes bene sciunt, tenui gutture cantat.

**Iulia:** Tu ergo es medica non venefica.

**Locusta:** Ita dicas. Non sum ignara et medicamentorum et venenorum.

**Iulia:** Et nil in morte nec Claudii nec Britannici versata es?

**Locusta:** Satis de his rebus iam dixi. Fortasse sic voluerunt di immortales nam, ut aiunt, “Summa sedes non capit duos.”

**Iulia:** Hoc est quod dicunt. Sed narra tu nobis, si non molestum est, quare tu scias potiones medicamentaque parare.

**Locusta:** Narrabo. Cum adhuc essem puella in Gallia habitans occurri cuidam vetulae, peritissimae arte disciplinaque magica.

**Iulia:** Unde fuit haec vetula?

**Locusta:** Thessalia scilicet, in Graecia. Nonne tu iam scis omnes quae artibus magicis bene uti sciunt a Thessalia venire?!

**Iulia:** Ita vero, iam audivi Thessaliam esse loca magis strigisque frequentia.

**Locusta:** Verum est. Et haec vetula Thessalica me plurima docebat de venenis et de herbis quae vim maximam habent, et de multis rebus aliis — astrologia et augurio agendo. Etiam mihi dixit se scire cum animalibus avibusque loqui.

**Iulia:** Verum hoc ridiculum est! Desiste ludos facere!

**Locusta:** Non mentior. Re vera, olim, multa nocte, hisce oculis egomet vidi hanc vetulam, quodam cantu facto, corpus unguere et, dicto citius, bubo facta est!

**Iulia:** Magnum narras, vix credibile! De his rebus nil nisi fabulas novi, in quibus

Circe et dira Medea arte magica uti solent. **Locusta:** Non solum in fabulis sunt mulieres huiusmodi. Audivi de magis quae possint crematos excitare mortuos aut lunam caelo deripere carminibus Hecateiis.

**Iulia:** Ah, Hecate, patrona magarum. Dic nobis pauca, si licet, de hac dea arcana.

**Locusta:** Pauca dicam. Triformis Hecate, ut iam dixisti, est patrona magarum strigarumque. Vespertino tempore tantum, ut dicunt, per terras ambulat; latratus canum aut nescioqui ululatus nocturni adventum Hecates significant.

**Iulia:** Haec arcana Hecateia faciunt ut horream.

**Locusta:** Sunt multa alia genera magicorum—fascinatio, tabellae defixionum...

**Iulia:** Nempe plura audire velim, Locusta, sed satis temporis non nobis est. Gratias ergo tibi plurimas ago.

**Locusta:** Nihil est. Valeas, Iulia Pauli.

**Iulia:** Et tu vale. Haec est fabula hic, Favoni. Rursus ad te!

## V. TEMPESTAS HODIERNA

**Favonius:** Tempus est audire de tempestate hodierna. Itaque, ecce Aulus Serenus!

**Serenus:** Gratias tibi ago, Favoni. Id quod Locusta dixit non tam incredibile mihi

videtur. Cum adhuc essem servus audivi de quodam homine qui versipellis erat. Quadam nocte, nescioquo carmine dicto, hic homo lupus factus est! Noli me iocari putare! Non sine causa inquit Locusta, “Non semper ea sunt quae videntur.” Sed tamen, videamus quaenam sit tempestas hodie. Romae est paullulum frigoris hodie ut saepe fit his temporibus anni. Nubilosum est. Pernubilosum, ut fit hieme. Totam per Italiam sol obscurus est, a flumine Pado usque ad Siciliam. Ubi tu es, Phoebe Apollo? Apage nimbos, aio! Et nunc, videamus quaenam sit tempestas alibi circum Mare Nostrum. Multis in partibus nil nisi imbres! Pervehementer pluvit in Graecia, praesertim hic ubi est Thessalia, loca strigarum, ut iam audivimus. Pluvit quoque in parte meridiana Graeciae, etiam in Creta. Licet imbres agricolis placeant. Mihi autem, haud placent. Tonitrus et multa fulmina et audita et visa per Mare Aegaeum item per Mare Adriaticum. Ob turbulentiam marium, nefas est navigare. Vae nobis, augures obnuntiant de tempestate crastina, quam ob rem plus tempestatis horrendae expectemus. At tamen, iam satis est. Aulus Serenus sum atque spero caela sint vobis valde serena!

## V. DE LUDIS

**Favonius:** Multas gratias, Serene. Et nunc, ut de ludis audiamus, praesto est Scirtus Agitator!

**Scirtus:** Avete omnes! Eamus ad ludos! Ludi hodierni editi sunt ab Imperatore Nerone Claudio Caesare Augusto et consensu omnium optimi erant, nempe ut dignum est. In circo, Iason, auriga audax, centum palmas complevit in factione Prasina equis his: Danao, Oceano, Victore, Vindice. Ante circenses ipsos complures homines scelesti ad bestias merito ac iure missi sunt. Etiam facti sunt ludi scaenici — tragoedia una et complures mimi, qui populum facilem aequumque habent. Actor primarum partium autem erat Nero Caesar ipse qui plausu frequente saepius revocatus est, nec mirum. At tamen, ut dicitur in ludis scaenicis, acta est fabula! Atque interea, spectator care, vive valeque et otiosus esto!

## VI. VALEDICTIO

Favonius: Gratias, Scirte. Et nunc, ludis amotis seria quaeramus. Ut repetamus nuntios principales: Hodie Imperator Nero Claudius Caesar Augustus, divi filius, ludos edidit atque viros nobiles coegit ut essent participes horum ludorum! Multi inter se murmurant hoc turpiter factum esse. Sic factumst hodie. Gratias plurimas agere volumus Locustae, vel medicae vel veneficae (optio tua est). Totum est ad hanc editionem Fori Romani. Gratias summas agimus et di vobis faveant. Valet omnes!

# FAUSTUM GOETHEANUM

## EIUSQUE PATREM VENEVICOS FUISSE

Johann Wolfgang von GOETHE (1749-1832) FAUST I, 1030-1055	Leo Latinus (versio pedestris, omnis ornamenti expers)
1030 Der Menge Beifall tönt mir nun wie Hohn. O könntest du in meinem Innern lesen, Wie wenig Vater und Sohn Solch eines Ruhmes werth gewesen!	Applausus multitudinis mihi sonat tamquam irrisio. O tu si posses legere in animâ meâ, quantulum pater atque filius tantâ gloriâ digni fuerint!
1035 Mein Vater war ein dunkler Ehrenmann, Der über die Natur und ihre heiligen Kreise, In Redlichkeit, jedoch auf seine Weise, Mit grillenhafter Mühe sann. Der, in Gesellschaft von Adepten, Sich in die schwarze Küche schloß,	Pater meus fuit obscurus vir honestus, qui de naturâ eisque sacris circulis probê quidem, sed suo more muginabatur moroso cum labore qui adeptis comitantibus se inclusit in nigram coquinam,
1040 Und, nach unendlichen Recepten, Das Widrige zusammengoß. Da ward ein rother Leu, ein kühner Freyer, Im lauen Bad, der Lilie vermählt Und beyde dann, mit offnem Flammenfeuer,	Et sequens praecepta infinita adversa inter se confudit. Tum Leo Ruber, Procus Audax tepidus in balneo cum Lilio coniunctus est, deinde ambo flammulâ apertâ
1045 Aus einem Brautgemach ins andere gequält. Erschien darauf, mit bunten Farben, Die junge Königin im Glas, Hier war die Arzeney, die Patienten starben, Und niemand fragte: wer genas?	ex uno conclavi Sponsae impressi sunt in alterum. Postea versicolor cum vênit in vitro iuvenis regina, hîc fuit medicamen, patientes perierunt, et nemo rogavit: Quis reconvaluit?
1050 So haben wir mit höllischen Latwergen In diesen Tälern, diesen Bergen Weit schlimmer als die Pest getobt.	Sic Acheruntis ecligmatibus his in vallibus montibusque Multo peius quam pestis saevimus.
1055 <b>Ich habe selbst den Gift an Tausende gegeben: Sie welkten hin, ich muß erleben, Daß man die frechen Mörder lobt.“</b>	<b>Aliquot milibus ipse dedi venenum: Qui interierunt – sed ego nunc experior laudari audaces homicidas.“</b>

Johann Wolfgang von Goethe : *Faust - Der Tragödie erster Teil*. Tübingen: Cotta. 1808, p.70. Editio textûs pleni apud [Wikisource](https://de.wikisource.org/w/index.php?title=Seite:Faust_I_(Goethe)_070.jpg&oldid=-), URL:

[https://de.wikisource.org/w/index.php?title=Seite:Faust\\_I\\_\(Goethe\)\\_070.jpg&oldid=-](https://de.wikisource.org/w/index.php?title=Seite:Faust_I_(Goethe)_070.jpg&oldid=-) (Versio 18.8.2016)

cfr <https://www.goethe.de/ins/cz/de/kul/mag/21605538.html>:

„Wenn Goethe in seinem Faust die Hochzeit vom **roten Leu** mit der **weißen Lilie** schildert, so beschreibt er tatsächlich den Ablauf der chemischen Reaktion von **Quecksilberoxid (der rote Leu)** mit **Ammoniumchlorid (die weiße Lilie)** im völlig Trockenen unter intensivem Glühen. Die Wortwahl zeugt zudem von seiner hervorragenden Kenntnis der Allegorien und Decknamen, die typisch sind für die klassische Sprache der Alchemie. Die Verse betätigen also in erster Linie die Tiefe seiner Begeisterung für Alchemie und Chemie, zu der er sich auch in seiner Autobiografie *Aus meinem Leben. Dichtung und Wahrheit* bekennt. Die Schaffung eines künstlichen Menschen, des Homunculus, an einer anderen Stelle des *Faust* wiederum bezeugt das Echo von Erfolgen in der Chemie zu Goethes Zeit, konkret Wöhlers Entdeckung der Möglichkeit, organische Stoffe zu synthetisieren. Ansonsten ist die gute Kenntnis dieser Naturwissenschaft und ihrer Geschichte einer der Schlüssel zum Verständnis des gesamten Werkes. So gilt der *Faust* auch als Ausdruck von Goethes Blick auf die Entwicklung der Chemie.“

## DE GENAVENSIBUS MEDICIS HOMICIDIS

Cum a.1530 Genavae pestis bubonica saevire inciperet, omnia erant praeparata. Ad victimas pestis curandas apertum est nosocomium integrum. Cum medicis et nosocomis et nosocomibus. Mercatores largiti sunt, magistratus omni mense dedit additamenta. Patientes semper dederunt pecuniam, et si quis eorum moriebatur solus, omnia bona eius tradebantur nosocomio.

At deinde facta est calamitas summa: Pestilentia interibat - sed additamenta pendebant a numero patientium. A.1530 medici Genavenses nequaquam deliberaverunt de iure deque iniuriâ. Qui cogitaverunt, si pestis esset lucrosa, pestem esse bonam. Deinde medici coeperunt unâ cooperari lucricupidine versutissimâ. Primo nihil fecerunt nisi patientes veneno imbuerunt, ut portio mortuorum augetur, sed mox animadverterunt in rebus statisticis non solum esse agendum de mortalitate augendâ, sed etiam de augendo numero hominum peste mortuorum.

Itaque coeperunt bubones exsecare ex corporibus mortuorum, eosdem siccare, in mortario disterere necnon aliis patientibus dare medicamenta. Deinde coeperunt vestimentis et mucinnis et taeniis tibialium pulverem bubonum inspergere. Tamen quâcumque de causâ pestis deminuebatur. Bubones enim siccati videbantur parum esse efficaces.

Tum medici in urbem ierunt et nocte pulverem bubonum ansis ianuarum insperserunt, ut eas domos eligerent, in quibus morte incolarum possent lucrum facere. Testis oculatus de istis facinoribus scripsit: »Ista aliquamdiu latuerunt; sed diabolus occupatior est numero peccatorum augendo quam iisdem occultandis.«

Nec mora, unus e medicis tam impudens tamque piger factus est, ut statueret, ne pergeret nocte per urbem vagari, sed interdiu nihil faceret nisi multitudini iniceret fascem pulveris pestiferi. Hôc facto foetor ascendit ad caelum, et una ex puellis, quae forte fortunâ modo vânerat ex nosocomio, invênit, qualis odor iste esset et unde afflatus esset.

Re patefactâ medicus in vincula coniectus et traditus manibus fidelibus fabrorum - ut ita dicamus – peritorum. Qui sedulo studuerunt ex medicastro elicere quam plurima scitu digna. Supplicia autem capitalia per complures dies duraverunt. Hippocratae daedali in curribus ad contos alligati per urbem vecti sunt. In omni compito carnifices forcipe fervidissimâ ex istorum corporibus carunculas eripuerunt. Deinde allati sunt in plateam publicam et decapitati et in quaternas partes distracti, et partes dilatae sunt in omnes tribûs Genavae. Unus solus est exceptus, qui fuit filius directoris nosocomii, qui non particeps fuit actionis iuridicae, sed enuntiavit se scire, quomodo potiones conficerentur et quomodo pulvis ille pestifer pararetur sine periculo inquinacionis. Îdem iuvenis tantummodo decapitatus est, „ut impediretur diffusio mali“.

– François Bonivard (1493-1570), *Chroniques de Genève (1542-1551)*.

i.q. *Chronicalia Genavensia*, ed. Gustave Revilliod, Tomus alter, Genève 1867, p. 395-402.  
<https://achern-weiss-bescheid.de/2021/12/14/francois-bonivard-chroniken-von-genf-zweiter-band-seiten-395-402/>

***Latinê reddidit***  
***Leo Latinus.***

# PRAECONATIO PSEUDOVACCINATIONIS INSIPIENS – INSULSA – INFAMIS

ILLECEBRAE: tomaculum – sortilegium - lupanar vaccinatorium e.m.a.

<https://www.tagesspiegel.de/politik/die-kuriosesten-impfaktionen-aus-aller-welt-8000680.html>



A tomaculo usque ad sigarellum hasiso convolutum: Actiones vaccinandi maximê mirabiles ubique terrarum factae. - Multis in terris augentur numeri coronarii. Simul scepsis et fastidium vaccinandi percrebrescunt. Nonnullae civitates homines vaccinandos alliciunt miris rebus offerendis. - d.12. m.Aug. a.2021, h.09:08  
Gratuita sigarella hasiso<sup>1</sup> convoluta aut tomacula gratuita – cum contra vîrus coronarium pugnetur, ubique terrarum luxuriantur rerum oblationes, quibus hominibus merces datur, quod parati sunt ad vaccinationem subeundam. Haec pugna fit contra scepsin et fastidium vaccinandi. En conspectum actionum vaccinandi intra et extra Germaniam factarum:

**In Germaniâ, velut Berolini**, d.9., d.11.,d.13. m.Aug. A h.20 usque ad mediam noctem fiunt „*Longae Noctes Vaccinandi*“ in Arenâ, qui est oecus eventuum ad Sprevam situs, in quo oriri dicitur affectus animorum sodalitatis. *Solingae* in urbe Rhenano-Vestfalicâ etiam facta est „*Vaccinatio Noctis Serae*“, in quâ siphunculi iniecti sunt, cum sonabant modi musici et offerebantur cinni<sup>2</sup> alcoholis expertes. Etiam hominibus maturê surgentibus provisum est: In circuli *Olpeani* centro vaccinatorio factus est *concentus musicus potatiunculae matutinae*<sup>1</sup> cum cervesiâ alcoholis experti.

1 \*hasîsum, -ī n. *Haschisch*. cfr Carlo Egger, *Latinitas* 1975, p.245.

2 cinnus, ī m. angl. *cocktail* (ARNOB.5,25. cfr Tommaso Mariucci, *Latinitatis nova et vetera. De romani sermonis virtute*. C-D. Città del Vaticano, a.1987, p.156.

1 *concentus mūsicus pōtātiunculae mātūtīnae* - orig. *Frühschoppenkonzert*.

Etiam vaccinatores austro-occidentales fideliter secuti sunt praeceptum q.e. *„Si homines non veniunt ad siphunculos, oportet siphunculi perveniant ad homines“*<sup>2</sup>. Itaque in feriis aestivis Badeniae-Virtembergensibus vaccinabatur in mercatibus septimanariis, in centro regyrationis<sup>3</sup>, inter lusûs pedifollii, in museo subdiali aut in viridario otiario. *Brusellae*<sup>4</sup> siphunculi iniecti sunt prope rotam giganteam. Pro mercede data est circumvectio gratuita.

*Sonneberg* in oppido austrothuringiensi propter tomaculi mercedem accipiendam homines catervatim urgebant ad sedem vaccinatoriam, item in oppidulo *Aue-Bad Schlema* in *Montibus Metalliferis* sito.

### **Vaccam dari hominibus vaccinationem subituris**

*Thailandia* ad vaccinationem cives allicit praemiis ponderosioribus. Ex mense Iunio in *Mae Chaem* districtu rurali, ubi multi Thailandiani punctiunculam brachialem diu scepticê consideraverunt, nunc omni septimanâ inter homines ad vaccinationem paratos sortilegium fit, quo accipi possit vacca. Diurnarii locales referunt hoc sortilegium tamdiu factum iri, usque dum 70% (septuagenae centesimae) populationis in hac regione sint vaccinatae.

Numerus ad punctiunculam urgentium dicitur ex sortilegio ineunte esse quadruplicatus. Ni mirum: Vacca in Regno Thailandiae constat 10.000 *bahtis* (i.e. 250 *euronibus*) – hoc est multum pecuniae in terrâ vîro coronario et philotheoriae<sup>5</sup> deminutione vehementer vexatâ.

Batavia autem Batavos vaccinandos allicit spe amatiunculam iungendi. Magistratus valetudinis Haarlemensis prope Amstelodamum munere fungens videtur sperare *se duos apros in eodem saltu capturum esse caelibes conventu caeco* alliciens ad vaccinationem. Qui voluit, potuit nomen dare amatiunculae directae participandae. Magistratus

2 orig. „Wenn die Menschen nicht zu den Spritzen kommen, müssen die Spritzen zu den Menschen gelangen.“

3 \***centrum regyrationis** - theod. Wertstoffcenter, Wertstoffhof; angl. collection station, recycling centre (am. recycling center);

4 +**Brusella**, -ae f. i.q. *Bruchsal*. cfr Graesse/Benedict, Orbis Latinus, Berlin 1909, p.58: „Bruchsalium, Bruchsella, Brusella“.

5 \***philothēoria**, -ae f. i.q. theod. *Tourismus*. cfr CIC.fam.7,16,1: M. CICERO S.D. TREBATIO. In ‚Equo Troiano‘ scis esse in extremo ‚sero sapiunt‘. Tu tamen, mi vetule, non sero. Primas illas rabiosulas sat fatuas dedisti; deinde quod in Britannia non nimis **φιλοθέωρον** te praebuisti, plane non reprehendo. Nunc vero in hibernis iniectus mihi videris, itaque te commovere non curas. - cfr OLD 1936, s.v.: **φιλοθέωρ-έω**, *love speculation*, ...**φιλοθεωρέος**, -ον = φιλοθεάμων 1, Alex.336., ARIST. EN 1099a10, Plu.2.604c, Alex.Aphr. in Top.245.18; *sightseer*, Cic. Fam. 7.16.1



comparticipem conventûs vaccinatorii arcessivit intra quadrans horae expectatorium post punctiunculam factam – scilicet distantia 1,5 metrorum est respicienda. Simul hac actione praebitum est auxilium solitudinis pandemicae superandae.

**Vir Natalicius** et **Lordius** vir frontalis gregis *musicae roccianae durae* Urbs *Rovaniemi*, quae sita est in Lapponiâ Finnicâ, ad vaccinationem covidianam fovendam invitavit duos viros huius terrae eminentissimos: *Virum Natalicium*, quem Finni credunt in hac regione habitare, et *Lordium*, virum frontalem gregis *musicae roccianae durae*, qui a.2006 victor evasit Certaminis Cantandi Eurovisionis (*Eurovision Song Contest*).

Dominus Lordius consuetudini suae fidelis veste suâ monstruosâ indutus subiit vaccinationem coronae alteram, cum Sanctus Nicolaus tantummodo spectavit spectaculum vaccinatorium – nam propter aetatem suam magnam doses suas vaccini iam diu ante acceperat.

In Civitatibus Unitis gubernationes civitatum et communitates et negotiationes inter se concertant iam ex mensibus stimulis materialibus praebendis, qui sunt: volatûs gratuiti, itinera nautica lautissima, stipendia universitatis, itinera taxiraedaria gratuita, tesserae emptoriae, tesserae eventuum athleticorum, potulenta gratuita, immo praemia sortilegii milionis dolariorum – index illecebrarum est longus.

En illecebram perpetuam et multis gratissimam: In tabernis catenae, quae appellatur »*Krisxpy Kreme*«, ex mense Martio omnis homo vaccinatus chartâ vaccinandi monstratâ accipit crispisculam<sup>1</sup> dulcem donatam – omni die. Quidam grex lobiarius magnam famam effecit eo quod Novi Eboraci et Vassintonii sigarella hasiso completa<sup>2</sup>.



1 +**crispiscula**, -ae f. angl. *donut* – theod. *Krapfen*. - cfr <http://ducange.enc.sorbonne.fr/CRIPISCULA>: „**CRIPISCULA**, Placentulæ species. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120 : *Cripiscula*, *Crouteille*. Diminut. a *Crepis*, placentula ex melle confecta et farina, in *Amalthea*. Vide [Crespellæ](#).

2 \***sigarella** \***hasisō complēta** i.q. *Joints*.

## ECCE TOMACULA VACCINATORIA

<https://www.merkur.de/bayern/nuernberg/corona-impfaktion-soeder-bratwurst-nuernberg-twitter-zr-91002770.html>



Norimbergae: **MARCUS SÖDER** Frango praeses Bavariae ministerialis  
et **NICOLAUS HOLETSCHEK** minister valetudinis Bavariae  
distribuunt tomacula iis, qui se sinant vaccinari contra virus coronae

Etiam die Veneris laophorum vaccinatorium circumvehebatur, nunc constitit in parte urbis vetustiore ante *Cauponam Tomaculi Rösleinianam*. Nam praeter vaccinationem coronariam omnis vaccinatus accepit specialitatem botulorum Norimbergianam, quae appellatur „*Drei im Weggla*“ (i.e. tria tomacula paniculo imposita) et oblata sunt a Doctore *Marco Söder* Praeside Bavariae Ministeriali et a *Nicolao Holetschek* ministro valetudinis et a *Marco König* Norimbergae burgimagistro superiore.

### **Söderum Norimbergae versatum esse inter actionem vaccinandi**

*Holetschek* minister valetudinis in loco verbis extulit haec: »*Licet interim circiter 64% (sexagenae quaternae centesimae) hominum in Bavariâ semel vaccinati sint et circiter 61% (sexagenae una centesimae) protectionem vaccinationis plenam acceperint, sed hoc adhuc nimis pauci*

sunt. *Ut certi veniamus per autumnum et hiemem, nunc valet omnis vaccinatio*«. -

Burgimagister Norimbergensis declaravit in urbe suâ magnam vim attribui variis locis stativis laophori, ibi, »*ubi homines sunt*«, ergo e.g. ante mesquitas, in mercatibus hortariis, in centris emporiis. *Marcus Söder* autem meminit: »*Nos habemus in praesenti **pandemiam hominum non-vaccinatorum.***“ Et in sede friguttitoriâ de hac actione dicit: „*Nihil nisi vaccinatio prodest et efficit normalitatem.*«<sup>1</sup>

### **Actionem vaccinandi Söderianam displicere hominibus in Planiformâ Friguttitoriâ versantibus.**

Ibidem *Söder* Praeses Ministerialis tomaculi gratuiti causâ praecipuê irridetur. Multi ei obiciunt, quod certaminis suffragiorum causâ velitatur, alii quaerunt, ubinam maneat libertas promissa. Aliquis opinatur: »*Vaccinatione usque nunc nemini libertas est reportata neque reportabitur*« - Alter forista commentans: »*Celerius normalitatem recuperaremus, nisi tu tam immoderatê exaggerares regimen hominum coacticum*«. Necnon sunt, qui sentiant tomacula Söderiana esse »*a weng peinlich*« (i.e. Latinê: *paululo odiosa*).

*Marcus Söder* Praeses Ministerialis brevi ante suffragia Conventûs Foederalis die Dominicâ denuo se praestitit circumiectorum naturalium conscium – eo quod ad ultimum duellum televisorium iter fecit tramine. Omnia resultata suffragiorum Conventûs Foederali, quae spectant ad communitates Bavaricas, inveniuntur in magnâ chartâ nostrâ interactivâ.

## **FARCIMEN FATIFERUM TOMACULUM MERCES DOLORUM**



<sup>1</sup> orig. „*Wir haben aktuell eine Pandemie der Ungeimpften.*“ et „*Nur Impfen hilft und schafft Normalität.*“ - Utinam ista **mendacia crassissima** isti tyranno hypocritico in faucibus tam firmê haesissent, ut miserê suffocaretur!

<https://www.stern.de/panorama/impfen-im-bordell--vergnuegungstempel-wirbt-mit-corona-impfung-30891344.html>

## Effectus vaccinationis coronariae secundarius in lupanari apparet: Templum delectabile punctiunculâ praeconatur coitum venereum

### Vaccinatio coronaria fit in lupanari



**Spectato in scopocinematate: Vaccinatio fit in lupanari – templum delectabile praeconatur morbo coronae evitando praeconatur coitum venereum.**

d.06. m.Nov. a.2021, h.11:21

*Lupanar Vindobonense, quod appellatur „Palatium Delectabile“ praeconatur vaccinatione coronariâ ministrationses suas. Is, qui se sinat vaccinari in palatio delectabili, insuper accipit tesseram nummariam 40 euronum.*





**AUSTRIA: Primo viri punguntur, deinde futuunt : Lupanar viros salaces allicit tesseris nummariis, quae accipiuntur vaccinatione coronariâ**



**Specta scopocinema: Lupanar Vindobonense viros allicit tesseris nummariis ad vaccinationem coronariam subeundam.**

<https://www.heute.at/s/puff-impfung-gestartet-so-lief-der-erste-stich-fotos-100171293>

d.01. m.Nov. a.2021, h.16:58

**Vaccinatio in lupanari subeunda – iam incohata – sic facta est prima punctiuncula**

Inde ex hōc tempore Vindobonae etiam in lupanari vaccinatur. Praeter punctiunculam accipitur etiam tessera nummaria lupanaris. Specta prima photographemata viae vaccinandi specialis.

*Bus* (laophorum), *Boot* (navicula), *Bim* (centrum vaccinandi mobile), *Billa* (supermercatus victualium) – his quattuor oblationibus vaccinandi Vindobonensibus hodie, die Lunae, addita est quinta. Inde ex die hodierno pungitur etiam in lupanari »Palatium Voluptatis«. *Petrus Laskaris* dispensator declarat: »*Actione vaccinandi, quae fit in Coetu Sudatorio<sup>1</sup> Liesingensi, vaccinabimus velocitate venti turbinei, ut persuadeamus etiam ultimis dubitatoribus et cunctatoribus*«.

Oblatio statim ad se convertit magnam attentionem. Complures viri Vindobonenses ad vaccinationem subeundam parati in Palatium vaccinandi venerunt et acceperunt tesseram nummariam, quā iisdem licuit gratis intrare coetum sudatorium, i.e. lupanar. Quā tesserā nonnulli viri statim usi sunt.

### **Talis est via lupanaris vaccinatoria**

Sed qualis est vaccinatio in lupanari Vindobonensi subeunda et quid scortatores ad vaccinationem parati exspectare debent aut quid iis exspectare licet? *Ephemeris*, c.t. "*Heute*", praebet inspectum exclusivum in viam lupanaris Vindobonensis vaccinariam et monstrat, quae viris nondum vaccinatis exspectanda sint:

### **Sic venies ad vaccinationem subeundam**

Viri ad vaccinationem parati rogantur, ut praeter Palatii Voluptatis introitum principalem eant versus scalas in latere aedificii sinistro sitas. Signa vel sagittae pavimento impictae indicant viam vaccinariam. Intra in Palatio vaccinatorio – quod est parvum conclave sessibulis coriaceis instructum – fit colloquium cum medico privatim habendum. Hōc colloquio finito licet progredi ad vaccinationem. In parvo compartimento exspectatorio compluribus sellis instructo paulisper patienter exspectandum est, dum vir pungatur acu siphunculi.



<sup>1</sup> coetus sūdātōrius i.q. *Saunaclub*.

<https://www.extremnews.com/lifestyle/kurioses/eec21861411cee8/2b5d18614123b43/info>

4. November 2021

## Primo vaccinatus vehementer battuit, postea eum piget pudet paenitet **Scortator vaccinatus stomachatur: Turcus** **“punctiunculam” clam familiâ voluit celare**



**Praeconatio vaccinatoria etiam etiamque sordescit. Quia vaccinatio ingrator fit, potentes excogitant in dies ideas insulsiore et lasciviores necnon sordidulas, ut frangant plebeculae aversiones punctiunculae. Paucis diebus ante Vindobonae incohata est vaccinatio in lupanari subeunda. Primo viro, qui sivit se pungi siphunculo luminis rubri, arrisit fututiuncula semihoralis cum scorto exercenda. At libidine saturatâ voluptatem felicitis adolescentis, qui acceperat primam punctiunculam, secuta est molestia erubescenda. Nam voluerat scortationem clam familiâ suâ celare. At diurnariis comitantibus haec visitatio lupanaris ei facta est verissima „Processio Pudoris“<sup>1</sup>.**

- Ex septimanâ ineunte viri Vindobonenses salaces possunt vaccinari in lupanari
- Turco iuveni primo puncto per semihoram licuit frui Venere gratuitâ
- Noluit familiam suam hoc scire: itaque postea eum piguit puduit paenituit
- Quae ephemeris iam rettulit de vaccinatione eius voluptificâ – imagine additâ
- “Effectus Streisandianus”: Imago quamquam deleta vîraliter currit per interrete

**Semihora voluptuosa pro viro, qui primus punctus erat acu vaccinatoriâ**  
*“Heus Parvula, sine nos vaccinari, me et te nos ambos: Sine nos hinc evadere, tandem sumus liberi”*: His ferê verbis cuiusdam cantilenae

<sup>1</sup> Prōcessiō Pudōris i.q. orig. *Walk of Shame*.



praeconiae liceat describere illecebras vaccinationis in hōc templo Veneris Vindobonensis. Aut – ut descripsit leno lupanaris vaccinatorii diurnario cuiusdam ephemeridis: “*In locum Regulae Vindobonensis 4 B nunc supponitur Regula 5B: Additur enim quintum B: „Bordell“ (lupanar).*”<sup>1</sup>

Hac regulâ Vindobonensi novâ annuntiatâ quidam iuvenis Turcus videtur arrexisse. Excitata erat eius salacitas vaccinatoria. Via autem „sexclusiva“ promissis stetit. Primo vir sessibulo coriaceo insidens punctiunculam exspectat, dum veniat medicus. Qui deinde solitis rebus dictis siphunculum musculo deltoideo impungit. Deinde delectamentum, quod - proh dolor - post paucas iam minutas est finita. At primo viro vaccinato voluptas offertur diuturnior: cui licet Venere frui semihorali. Virum voluptuosum siphunculo punctum ut eius dolorem remuneretur, curat Veneris quaedam sacerdotissa quam tenerrimê. Cum autem adolescens generosus perfructus taceat urbanê, nulla secreta in Palatio vaccinatorio facta innotuerunt – nonnulla tamen de epilogo dramatii venerei.

### **Infamia familiae:**

#### **Punctiunculam in lupanari acceptam sequitur indignatio.**

Nam cuiusdam ephemeridis advenerunt et relator et photographus – qui nuper de Stiriensi rettulerant histrione pornographico 22(!) relatiunculis domesticis scriptis. Ecce primus vir in lupanari vaccinatus eiusque imago chartae photographicae in aeternum impicta. Adolescens parum laetatus est de honore symbolae scriptae, c.t. „*In lupanari vaccinatus vir gratis lupam iniit per semihoram*“. Hoc monumentum litterarum Turco Veneris tirunculo tam vehementer displicuit, ut corriperetur timore Panico.

Nam directê iuxta Veneris magistram imago apparuit iuenculi dilucida. In columnâ commentandi vaccinatus rogavit morosus: “*Wie Kann ich Foto Loschen*” (i.e. *Quomodo possum photographema delere?*“). Et iuxta posuit complures icones vultûs hominis irâ incensi. Usor quidam adiutor paratissimus iuveni explicavit neminem nisi aliquem redactorem ephemeridis symbolam aut photographema ex interreti remove posse. Deinde Turcus explanavit etiam causam, quâ nollet publicê innotescere scortatiunculam suam vaccinatoriam: “*Ich Mochte Foto Loschen Meine Familie Nicht Sehen Deswgen*”. (sic!) i.e. Latinê: *Velim (hanc symbolam*

<sup>1</sup> Ecce **Regula Vindobonensis Vaccinatoria**: **Bus** (laophorum), **Boot** (navicula), **Bim** (centrum vaccinandi mobile), **Billa** (supermercatus victualium), **Bordell** (lupanar).

*ephemeridis) deleri, ne videatur a familiâ meâ.*“ - *Utrum eidem iuveni photographema fuerit odiosum, quia noluit a familiâ suâ cognosci experientiam suam veneream an timuerit, ne familia eodem certior fieret se esse vaccinatam, ignotum est. Quacumque ratione certo constat cives Vindobonenses originis migratoriae insigniter rarius sinere se vaccinari quam populationem mediam*<sup>1</sup>. Hac de causâ gubernatio callaino-prasina<sup>2</sup> in animo habet quam plurimum coram immigratoribus *tympanum pulsare ad vaccinationem praeconandam*<sup>3</sup>.

### **Effectu Streisandiano photographema eo frequentius percrebruisse**

Profecto symbola ipsa in interreti non iam invenitur. In eius locum supposita est symbola relationis non personalis. Sic iuvenis veneripeta vaccinatus saltim retinuit ius imaginis sui ipsius. Tamen non integram servavit suam famam. Nam imago visificalis (*screenshot*) illius symbolae ephemeridis necnon petitionis suae imaginis delendae ex diebus currit per interrete vîraliter. Nisi tam vehementer indignatus esset, verisimile multo pauciores concives certiores facti essent de huius adulescentis excursiunculâ lascivâ...

Tale phaenomenon appellatur *effectus Streisandianus*. Nam *Barbara Streisand* (\*1942) cantrix histrionissaque Americana a.2003 quendam photographum in ius vocavit, quia domus sua in illius photographemate aereo potuit videri. At ubi primum ingressa est viam iuridicam, illud photographema usque hoc tempus vix nôtum statim per interrete diffusum est rapidissimê. Iuveni Turco nunc nihil restat nisi ut in futurum sequatur proverbium q.e.: *Noli irritare crabrones!* Nam nuntius fututiunculae vaccinatoriae per interrete percrebruit dilato rumore celerrimo.



1 Babae! Interdum immigratores callidiores sunt quam indigenae! (*adn. interpretis*)

2 **callainus**, -a, -um theod. *türkis*. - Color callainus est color **Austriacae Factionis Populi** (ÖVP = *Österreichische Volkspartei*), Color prasinus est color **Factionis Prāsinae** (*Die Grünen – Die Grüne Alternative*). - **gubernatiō callaino-prāsina** i.q. „*türkis-grüne Regierung*“.

3 orig. austriacê: „*das Paukerl für das Jaukerl*“: *Paukerl*, i.q. parvum tympanum a(h)enatum (cfr theod. *Pauke*); *Jaukerl*, i.q. **pūnciuncula** (sc. acūs vaccinatoriae). Tympano ahenato fit **praecōnātiō vaccīnandī**, cfr theod. *die Werbetrommel rühren*.

# NIHIL NISI PUNCTIUNCULA ....



## PRAECONATIO VACCINATORIA<sup>1</sup>



Prof. Dr. Klaus Cichutek<sup>2</sup>

\*1956, Praeses Instituti Pauli Ehrlich



„Olivia Jones“ alias Oliver Knöbel<sup>3</sup>

\*1969, transvestita & auctor libri puerilis



Ephemeris, c.t. „Bild“<sup>4</sup>


1 Praeconatio vaccinatoria: (Nil nisi) punctiuncula – (sed) magnus effectus.

2 „Punctiuncula protegit contra gravem morbum contagiosum, qui detrimenta corporis efficit aut procedere potest mortiferê. Vaccina, quae permisimus, nullam habent dubitationem et sunt permagnae efficaciae.“

3 „Parva punctio – magna libertas! Tolle manicam, ut vaccineris!“

4 „Punctiuncula Margaritulae (nonagenariae), magnus gradus generi humano.“

**... SED EFFECTUS VEHEMENS !**



**ECCE HERPES ZOSTER VACCINO COVIDIANO EFFECTUS**



## EFFECTŪS VACCINATIONIS COVIDIANAE SECUNDARII (II)



**MYOCARDITIS**



Neurologia. 2021;36:567-8

**PARALYSIS NERVI FACIALIS**



**THROMBOSIS VENARUM CEREBRALIUM**

## EFFECTÛS VACCINATIONIS COVIDIANAE SECUNDARII (III)




### PARALYSIS LANDRYANA sive SYNDROME GUILLAIN-BARRÉ-STROHL

<https://www.thelancet.com/article/S1474-4422%2821%2900416-6/fulltext>



## EFFECTÛS VACCINATIONIS COVIDIANAE SECUNDARII (IV)




### CANCER VACCINO COVIDIANO RAPIDÈ ACCELERATUS

[https://www.researchgate.net/figure/Maximum-intensity-projection-images-of-18-F-FDG-PET-CT-at-baseline-8-Sept-and-22-days\\_fig1\\_356673842](https://www.researchgate.net/figure/Maximum-intensity-projection-images-of-18-F-FDG-PET-CT-at-baseline-8-Sept-and-22-days_fig1_356673842)  
 Figure 1. Maximum-intensity-projection images of  $^{18}\text{F}$ -FDG PET/CT at baseline (8 Sept) and 22 days later (30 Sept), 8 days after BNT162b2 mRNA vaccine injection in right deltoid. 8 Sept: hypermetabolic lymph nodes mainly in the supra-clavicular, cervical, and left axillary regions; restricted gastro-intestinal hypermetabolic lesions. 30 Sept: Dramatic increase in nodal and gastro-intestinal hypermetabolic lesions. Asymmetrical metabolic progression in the cervical, supra-clavicular and axillary area, more pronounced on the right side.

#### EXPLICATIO LATINA:

Ecce imagines intensitatis maximae tomographiâ computatrali positronia emittendi (PET/CT) receptae. Talis tomographia solet adhiberi ad locos cancosos inveniendos, qui apparent propter activitatem suam *hypermetabolicam*, quâ sint calidiores. Patienti per venam iniecta est solutio glycosi fluorici dysoxydati, cuius fluorum est isotopium 18 particularum nuclearium (9 protoniorum et 9 neutroniorum) ideoque radioactivum (vulgare fluorum habet 19 particulas nucleares):  $^{18}\text{F}$ -FDG .



GLYCOSUM FLUORICUM DYSOXYDATUM

Isotopia radioactiva a biologis et medicis adhibentur ad substantias signandas, ut corpori si sunt inditae, possint observari. Vaccinum covidianum **d.8. m.Sept.** siphunculo iniectum est dextro musculo deltoideo. Eo die observati sunt nodi lymphatici hypermetabolici praecipuè in regionibus supraclaviculari, cervicali, axillari sinistrâ necnon laesiones gastro-intestinales hypermetabolici restricti. - **D.22. m.Sept.** vaccinum iniectum est redintegrativum (*vaccine booster*). - Octo diebus postea, i.q. **d. 30. m.Sept.**, nova imago tomographica est recepta: Nunc observatur **augmentum dramaticum hypermetabolicarum laesionum nodalium et gastro-intestinalium**. Progressio metabolica asymmetrica facta est in areis cervicali, supraclaviculari, axillari, insignior in latere dextro. Apparet cancrum spatio 8 dierum rapidè exactum esse.

**Vide cinematata sequentia, in quibus pathologi referunt de morbo cancri vaccinatione covidianâ exorto et rapidè exacto:**

Pathologist Ute Kruger: COVID Vaccines & Turbo Cancer (Pathological Evidence With English Subtitles)

<https://rumble.com/v1eth6h-pathologist-ute-kruger-covid-vaccines-and-turbo-cancer-pathological-evidenc.html>

Schock: Pathologe stellt 20-fachen Anstieg von Krebs bei Geimpften fest

<https://www.extremnews.com/berichte/gesundheit/9dcd18523a6daf2>

<https://tkp.at/2021/10/15/erhoehte-krebsgefahr-durch-covid-impfungen/>



**SYMBOLAM, C.T.**

**»NIHIL NISI PUNCTIUNCULA...**

**...SED EFFECTUS VEHEMENS !«**

**QUA AGITUR DE VACCINATIONIS COVIDIANAE**

**EFFECTIBUS SECUNDARIIS**

**COMPOSUIT**

**LEO LATINUS**

# VACCINUM FATIFERUM

Pfizerianos mentitos esse - pseudovaccino 1,8 miliones hominum esse interfectos



01/26/2023 / By [News Editors](#)



<https://www.sgtreport.com/2022/12/secret-government-reports-reveal-at-least-1-8-million-people-have-died-suddenly-since-the-roll-out-of-the-covid-vaccines-across-the-usa-uk-canada-australia-nz-the-eu/>

Relationes secretae a gubernationibus Civitatum Unitarum, Canadae, Australiae, Neozelandiae, Britanniae, et plerarumque civitatum Europae flagrantissimè confirmaverunt approximativè supermortalitatem 2 ferè milionum hominum ex illo tempore, quo Pfizeriani vaccina fabricata obtulerunt inicienda.

Dolendum est quod relationibus a gubernatione Britannicâ publicatis confirmatur portiones mortalitatis minimas esse inter homines non-vaccinatos in omni grege singulo aetatis. Itaque valdè verisimile est mendaciis Pfizerianis effectas esse miliones mortium et iniectioes vaccini covidiani esse causam longè gravissimam milionum supermortalitatis, qui apparent intra Terras Quinque Oculorum et maximam partem Europae.


Officialibus numeris a Britannîâ et 26 aliis civitatibus Europae ad **EuroMOMO** missis (*European Mortality Monitoring, Statens Serum Institut, Hafniae in capite Daniae*) patefactum est maximam partem Europae **a.2021** habuisse supermortalitatem **375.253** hominum, et **a.2022** supermortalitatem **404.6000** hominum, in summâ spatio annorum **2021 et 2022** supermortalitatem **779.853** hominum. His numeris non inclusi sunt

homines in Ucrainiâ mortui; itaque nullo modo spectant ad bellum quod nunc fit.



**Australia** passa est supermortalitatem 11.068 hominum a.2021 et deinde horrendam supermortalitatem 22.730 hominum spatio 38 septimanarum a.2022. Iste supermortalitates vehementer differunt ab anno 2020, quo fuit supermortalitas 1.306 tantum hominum mediâ in pandemiâ covidianâ et ante iniectiones covidianas.


Inde apparet Australiam passam esse incrementum terrificum 1640% (millenarum sescentarum quadragenarum centesimalium) supermortalitatis intra spatium 39 septimanarum a.2022, si hoc spatium comparatur cum 53 septimanis a.2020.



**Neozelandia** passa est a.2021 supermortalitatem 2.169 hominum et deinde horrendam supermortalitatem 5.286 hominum spatio 49 septimanarum a.2022. Isti numeri sunt horribiles in hac parvâ insulâ, quae habet circiter 5 miliones incolarum.

Etiam magis horribilior est comparatio istius supermortalitatis cum illâ a.2020, quo mediâ in pandemiâ covidianâ et ante iniectiones covidianas supermortalitas fuerat 160 tantum hominum.

Ergo patet Neozelandiam passam esse incrementum terrificum 3404% supermortalitatis intra 49 septimanas a.2022, si comparas hoc spatium temporis cum 53 septimanis a.2020.




In **Canadâ** condicio est similiter anxifera.

Haec terra passa est supermortalitatem 35.318 hominum a.2021 et deinde 25.333 hominum spatio 34 septimanarum a.2022. Hi numeri sunt comparandae cum supermortalitate 31.042 hominum a.2020 intra spatium 53 septimanarum.

Si consideramus numeros 34 septimanarum priorum anni 2020 et 2021 cum illis a.2020, clarê apparet annum 2022 profecto fuisse longê pessimum annum quoad supermortalitatem.

Spatio 34 septimanarum a.2020 Canada habuerat supermortalitatem 17.888 hominum. Spatio 34 septimanarum a.2021 Canada habuit supermortalitatem 18.498 hominum. At spatio 34 septimanarum a.2022 Canada habuit supermortalitatem 25.333 hominum, unde apparet incrementum supermortalitatis 42%, si comparatur cum supermortalitate a.2020, ante iniectiones covidianas.

Isto ex incremento dramatico supermortalitatis sequitur securitatem vaccinatorum covidianorum esse in dubium vocandam; quaerendum est, num eadem contulerint ad incrementum supermortalitatis.




Civitates Unitae (USA) a.2021 passae sunt supermortalitatem 674.954 hominum, et deinde supermortalitatem 434.520 hominum spatio septimanarum 49 septimanarum priorum a.2022. Hoc valet: Intra spatium ferê biennale supermortalitas facta est plus 1,1 milionum.

Civitates Unitae passae sunt horrendam supermortalitatem 674.954 hominum a.2021, i.e. anno, qui terram vidit coactam, ut sineret sibi inici compluries vaccina covidiana. His numeris patefactum est incrementum mortuorum, si comparantur cum annis prioribus, et vehementer moniti sunt publici curatores valetudinis.

Conditio non est melior facta a.2022, quo computatur supermortalitas fuisse 434.520 hominum spatio 49 septimanarum; in summâ spatio duorum ferê annorum supermortalitas fuit 1,1 milionum hominum.

Iste numerus est tam terrificus, ut in dubium vocetur vaccinatorum efficacia et ratio, quâ gubernatio responderit pandemiae.





Gubernationes et organizationes valetudinis officialiter contenderunt mortes a.2020 exauctas esse propter pandemiam covidianam putativam eruptam, quo affecti essent miliones hominum ubique terrarum.

Pandemiâ progrediente et vaccino fabricato et distributo nuntiatum est iniectioem covidianam esse methodum diffusionem vîri impediendi et numerum mortium deminuendi.


Haec nuntiatio affirmata est variis praeconationibus publicis et dictis officialibus, quibus nuntiatum est vaccinum esse *securum et efficacem* et *clavem pandemiae finiendae*.

Tamen numeris et relationibus officialibus a gubernationibus in Civitatibus Unitis, Canadâ, Australiâ, Neozelandiâ, Britanniâ et plerisque Europae terris editis innotuit factum esse contrarium: supermortalitatem milionum hominum ex illo tempore factam, ex quo factae sunt iniectioes covidianae.

His rebus effectum est, ut multa quaesita sunt de securitate vaccini deque veritate narrationis officialis et de integritate gubernationum et magistratuum valetudinis ubique terrarum.

De numeris certiores factae sunt Organizatio Oeconomicae Cooperationis et Evolutionis (*OECD*) et *EuroMOMO* ab organizationibus gubernationis omnis terrae. De datis US-americanis certiores factae sunt a *Centris Morbos Custodiendi*. De datis britannicis certiores factae sunt ab *Officio Nationalium Statisticorum*. De datis australianis certiores factae sunt a *Grapho Australiano Statisticorum*.

Ergo haec data non sunt aestimationes independentes. Quae sunt data auctoritate gubernationum officiali confirmata. Ex iisdem apparet terras ‚*Quinque Oculorum*‘ et 26 terras Europae passas esse supermortalitatem 1,99 milionum hominum ex illo tempore, quo iniectioes covidianae permissae sunt permissione casûs necessitatis.



Ex numeris officialibus a gubernatione Britanniae publicatis certê licet concludere vaccina covidiana maximê contribuisse ad supermortalitatem milionum hominum, quae apparuit in ‚*Quinque Oculis*‘<sup>1</sup> et in plerisque terris Europae. Nam numeris confirmatur portiones mortalitatis minimas esse in omni singulo grege **non**-vaccinato.

Numeri inveniri possunt in relatione, c.t. ‚*Mortes statu vaccinationis in Angliâ factae, a d.1. m.Ian. a.2021 usque ad d.31. m.Maii a.2022*‘, et eadem accedi potest in situ interretiali ONS hōc loco, et eretiri potest illo.

Tabella 2 relationis continet portiones mortalitatis menstruales secundum aetatem indicatas statu vaccinationis pro mortibus per 100.000 homines-annos in Angliâ usque ad mensem Maiium a.2022.

Usi sumus numeris ab ONS pro spatio ab Ianuario usque ad Maiium a.2022 indicatis et confecimus chartas sequentes, quibus apparent consequentiae horridae massalis vaccinationis covidianae.

### **Homines 18-39 annos nati**

Diagramma sequens monstrat portiones mortalitatis secundum aetatem indicatas statu vaccinationis inter homines 18-39 annos natos pro mortibus non morbo covidiano factis in Angliâ inter mensem Ianuarium et Maium a.2022 -


In omni singulo mense inde ex anno 2022 ineunte *partim* vaccinati et *bis* vaccinati 18-39 annos nati maiore cum verisimilitudine moriuntur quam non vaccinati 18-39 annos nati. Ter vaccinati 18-39 annos nati habuerunt portionem mortalitatis, quae peior facta eo mense, qui secutus est vaccinationem redintegrativam<sup>2</sup> massalem, quae in Britannîâ facta est m.Dec. a.2021.

Mense Ianuario ter vaccinos homines 18-39 annos natos mori vix verisimilius fuit quam non-vaccinos 18-39 annos natos, cum esset portio mortalitatis 29,8 per 100.000 inter non-vaccinos et 28,1 per 100.000 inter ter vaccinos.

---

1 i.e. *Five Eyes* (FVEY): Civitates Unitae, Canada, Britannia, Australia, Neozelandia *officiis suis secretis* inter se coniunctae.

2 *vaccinātiō* \*redintegrātiva i.q. *booster*.



Sed haec omnia mutata sunt inde ex mense Februario. Mense Februario ter vaccinatorum 18-39 annos natis probabilitas moriendi 27% maior erat quam non-vaccinatorum. Portio mortalitatis ter vaccinatorum fuit 26,7, non vaccinatorum 21.


Infeliciter ter vaccinatorum res etiam peior facta est mense Maio a.2022. Probabilitas moriendi ter vaccinatorum fuit 52% maior quam non-vaccinatorum. Portio mortalitatis ter vaccinatorum: 21,4, non-vaccinatorum: 14,1.

Pessimi numeri inveniuntur inter partim vaccinatorum. Mense Maio partim vaccinatorum 18-39 annos nati: 202% maior probabilitas moriendi quam non-vaccinatorum.

#### **40 -49 annos nati**

Diagramma sequens monstrat portiones mortalitatis menstruae secundum aetatem indicatas statu vaccinationis inter homines 40-49 annos natos pro

mortibus non morbo Covidiano factis in Angliâ inter mensem Ianuarium et Maium a.2022




Videmus eandem condicionem, si venimus ad homines 40-49 annos natos. In omni singulo mense ex a.2022 ineunte, partim vaccinati et bis vaccinati 40-49 annos nati maiore cum probabilitate mortui sunt quam non vaccinati homines 40-49 annos nati.

Pessimus mensis portionum mortalitatis inter partim et bis vaccinatos in comparatione non-vaccinatorum fuit mensis Februarius. Hic mensis vidit parti m vaccinatos 40-49 annos natos 264% probabilius morientes quam non-vaccinatos 40-49 annos natos. Bis vaccinati 40-49 annos nati 61% maiore cum probabilitate mortui sunt quam non-vaccinati.

In mense Maio a.2022, 5 mensibus post massalem vaccinationem reintegrativam, ter vaccinati 40-49 annos nati 40% maiore cum probabilitate mortui sunt quam non-vaccinati 40-49 annos nati. Inter ter vaccinos portio mortalitatis fuit 81,8, inter non-vaccinos 58,4.

### 50-59 annos nati

Diagramma sequens monstrat portiones mortalitatis menstruas secundum aetates indicatas statu vaccinationis inter 50-59 annos natos pro mortibus non morbo covidiano factis in Angliâ inter mensem Ianuarium et Maium a.2022.



Iterum videmus eandem condicionem inter 50-59 annos natos, quam vidimus inter 40-49 annos natos. In omni singulo mense ex a.2022 ineunte *partim* vaccinati et *bis* vaccinati 50-59 annos nati maiore cum probabilitate mortui sunt quam non vaccinati 50-59 annos nati. Mensis Maius fuit pessimus mensis pro *partim* vaccinatis 50-59 annos natis, quia mortui sunt 170% maiore cum probabilitate quam *non*-vaccinati 50-59 annos nati.




Mensis Ianuarius fuit pessimus mensis pro *bis* vaccinatis 50-59 annos natis, quia iidem 115% maiore cum probabilitate mortui sunt quam *non*-vaccinati 50-59 annos natis.

Mense Maio 2022, quinque mensibus post massalem vaccinationem redintegrativam, *ter* vaccinati 50-59 annos nati mortui sunt cum 17% maiore probabilitate quam non-vaccinati 50-59 annos nati. Portio mortalitatis *ter* vaccinatorum fuit 332, et 282,9 *non*-vaccinatorum. Itaque homines *non*-vaccinati 50-59 annos nati mense Maio minimâ cum probabilitate omnium gregum inter se comparatorum.

### 60-69 annos nati

Diagramma sequens monstrat portiones mortalitatis menstruales secundum aetatem indicatas statu vaccinationis inter 60-69 annos natos pro mortibus non morbo covidiano factis in Angliâ inter mensem Ianuarium et Maium a.2022 -



Homines 60-69 annos nati monstraverunt exactê eandem condicionem ac 18-39 annos nati. Bis et partim vaccinati maiore cum probabilitate mortui sunt quam non-vaccinati ex anno verso, et ter vaccinati maiore cum probabilitate mortui sunt quam non-vaccinati ex mense Februario.

Mense Ianuario *partim* vaccinati 60-69 annos nati terrificâ cum 256% maiore probabilitate mortui sunt quam non-vaccinati 60-69 annos nati. In eodem mense *bis* vaccinati 60-69 annos nati 223% maiore cum probabilitate mortui sunt quam non-vaccinati 60-69 annos nati.

Mense Maio ter vaccinati 60-69 annos nati horrendâ 117% maiore cum probabilitate mortui sunt quam *non-vaccinati* 60-69 annos nati, cum portione mortalitatis 1801,3 inter *ter* vaccinos et portione mortalitatis 831,1 inter *non-vaccinatos*.


### **70-79 annos nati**

Diagramma sequens monstrat portiones mortalitatis menstruales secundum aetatem indicatas statu vaccinationis inter 70-79 annos natos pro mortibus non morbo covidiano factis in Angliâ inter mensem Ianuarium et Maium a.2022 -

Aliquantulo tantum aliter se habet res de hominibus 70-79 annos natis, quia data patefaciunt homines non-vaccinatos minimâ cum probabilitate mortuos esse omni mense ex anno verso.

Mense Ianuario *partim* vaccinati 198% maiore cum probabilitate mortui sunt quam *non-vaccinati*, cum *bis* vaccinati mortui sint terrificâ 267% maiore cum probabilitate morerentur quam *non-vaccinati*.

Numeri maximê terribiles inveniuntur in mense Maio, in quo *ter* vaccinati 70-79 annos nati mortui sunt cum probabilitate 332% maiore quam *non-vaccinati* 70-79 annos nati, cum portione mortalitatis 9417,2 hominum per 100k inter *ter* vaccinos et 2181 per 100k inter *non-vaccinatos*.



### 80-89 annos nati

Diagramma sequens monstrat portiones mortalitatis menstruas statu vaccinationis inter 80-89 annos nati pro mortibus non morbo covidiano factis in Angliâ inter mensem Ianuariam et Maium a.2022.


Denuo videmus eandem condicionem inter 80-89 annos natos ac inter 70-79 annos natos, ubi homines *non*-vaccinati cum probabilitate minimâ omni mense ex anno verso.

Mense Aprili *bis* vaccinati 80-89 annos nati cum probabilitate 213% maiore mortui sunt quam *non*-vaccinati 80-89 annos nati, cum portione mortalitatis 7598,9 per 100k inter *non*-vaccinatos et cum dirâ portione mortalitatis 23.781,8 per 100 k inter *bis* vaccinatos.

## Monthly Age-Standardised Mortality Rates by Vaccination Status among 80 to 89-year-olds for Non-Covid-19 Deaths in England

January to May 2022

Source: (UK Gov.) Office for National Statistics




Sed in eodem mense *partim* vaccinati 80-89 annos nati terrificâ cum probabilitate 672% maiore mortui sunt quam *non*-vaccinati 80-89 annos nati, cum horribili portione mortalitatis 58.668,9 per 100k inter *partim* vaccinos.

Mense Maio a.2022 *ter* vaccinati 80-89 annos nati mortui sunt 142% maiore probabilitate quam *non*-vaccinati 80-89 annos nati, cum portione mortalitatis 14.002,3 inter *ter* vaccinos et cum portione mortalitatis 5.789,1 inter *non*-vaccinos.

### 90 et plures annos nati

Diagramma sequens monstrat portiones mortalitatis menstruas statu vaccinationis inter 90 et plures annos natos pro mortibus non morbo covidiano factis in Angliâ inter mensem Ianuarium et Maium a.2022 -



Denique denuo videmus eandem condicionem inter 90 et plures annos natos, sub quâ *non*-vaccinati cum minimâ probabilitate mortui sunt omni mense ex anno verso.

Mense Aprili *bis* vaccinati 90 et plures annos nati cum probabilitate 244% maiore mortui sunt quam *non*-vaccinati 90 et plures annos nati, cum portione mortalitatis 62.302,7 per 100k inter *bis* vaccinos et cum portione mortalitatis 18.090,6 inter *non*-vaccinos.

Eodem mense *partim* vaccinati 90 et plures annos nati cum probabilitate terrificâ 572% maiore mortui sunt quam *non*-vaccinati 90 et plures annos nati, cum portione mortalitatis 121.749,9 per 100k inter *partim* vaccinos.

Mense Maio a.2022 *ter* vaccinati 90 et plures annos nati cum probabilitate 26% maiore mortui sunt quam *non*-vaccinati 90 et plures annos nati, cum portione mortalitatis 13.761,6 per 100k inter *non*-vaccinatos et cum portione mortalitatis 17.272,2 per 100k inter *ter* vaccinatos.

### **Num vaccinum est securum atque efficax?**

Relationibus officialibus et numeris a gubernationibus Civitatum Unitarum et Canadae et Australiae et Neozelandiae et Britanniae et plerisque terris Europae nuntiatis securitas iniectionum covidianorum graviter in dubium vocata est. Data patefaciunt inde ex vaccinatione massali ineunte computatam esse supermortalitatem ferê duorum milionum hominum, cum portionibus mortalitatis, quae sunt in omni grege aetatis minimae inter homines *non*-vaccinatos.

***Itaque quaeritur, num ratio intercedat inter iniectioes covidianas et incrementum supermortalitatis.***


***Officialis narratiuncula***, quâ vaccina sunt secura et efficacia et numerum mortium deminuunt, testimonio datorum in dubium vocata est.

Terribilis numerus supermortalitatis in Civitatibus Unitis et Canadâ et Australiâ et Neozelandiâ et Britanniâ et in plerisque terris Europae sunt causae sollicitationis et postulant investigationem subtilem. Maximê necessarium est, ut fiat investigatio non praeopinata et dilucida et independens, ut inveniatur vera causa istius supermortalitatis et probetur securitas vaccinatorum futurorum.

Concludimus esse probabilissimum, quod iniectioes covidianae in causâ sunt supermortalitatis ubiquitariae. Data sunt perspicua et numeri loquuntur pro se ipsi.

***Narratiuncula officialis***, quâ vaccina (covidiana) sunt secura atque efficacia, in dubium vocatur, et multi nunc quaerent, ***num sit ista narratiuncula merum mendacium.***





**cfr ea quae rettulit nuperrime Boris Reitschuster:**

<https://reitschuster.de/post/auch-im-januar-alarmierende-uebersterblichkeit/>

01/26/2023 / By [News Editors](#)

<https://www.sgtreport.com/2022/12/secret-government-reports-reveal-at-least-1-8-million-people-have-died-suddenly-since-the-roll-out-of-the-covid-vaccines-across-the-usa-uk-canada-australia-nz-the-eu/>

**RELATIONEM NOVISSIMAM  
DE STATISTICIS PSEUDOVACCINI COVIDIANI HORRENDIS  
ANGLICE SCRIPTAM  
LATINE REDDIDIT  
LEO LATINUS**


# CHRONOGRAMMATA ROESSLERANA

## Walter Höllerer

\* 19. Dezember 1922 in Sulzbach (Oberpfalz)

† 20. Mai 2003 in Berlin

Walter Höllerer war ein deutscher Schriftsteller, Literaturkritiker und Literaturwissenschaftler. Er war von 1959 bis 1988 Professor für Literaturwissenschaft an der TU Berlin. Höllerer war Mitglied der „Gruppe 47“, Gründer der Zeitschrift „Akzente“ und des „Literarischen Colloquiums Berlin“.



ANTE. B I S . Q V I N Q V A G I N T A . A N N O S  
 X I V K A L . I A N V A R I A S . N A T V S  
 V V A L T H A R I V S H O E L L E R E R  
 S C R I P T O R T E V T O N I C V S  
 S O C I V S G R E G I S X L V I I  
 A T Q V E C R I T I C V S L I T T E R A R V M P R A E C I P V V S

M M X X I I

Der deutsche Schriftsteller WALTER HÖLLERER  
 wurde am 19. Dezember vor 100 Jahren geboren.

Er war Mitglied der „Gruppe 47“ und ein ausgezeichnete Literaturkritiker.

## Günter Eich

\* 1. Februar 1907 in Lebus  
 † 20. Dezember 1972 in Salzburg

Günter Eich war ein deutscher Hörspielautor und Lyriker. Zu seinen bekanntesten Werken gehören die Nachkriegsgedichte „Inventur“ und „Latrine“, das Hörspiel „Träume“ sowie die Prosasammlung „Maulwürfe“.



G V N D I C A R I V S Q V E R C V S V V L G O G V E N T E R E I C H  
 S C R I P T O R A T Q V E P O E T A B O N V S  
 Q V I N Q V A G I N T A A N N I S A N T E M O R T V V S

M M X X I I

Vor 50 Jahren starb der Schriftsteller und große Dichter  
**GÜNTER EICH (auf Lateinisch GUNDICARIUS QUERCUS).**

**Franz Boas**

\* 9. Juli 1858 in Minden  
 † 21. Dezember 1942 in New York

Franz Boas war ein deutschamerikanischer Ethnologe,  
 Sprachwissenschaftler, Physiker und Geograph.

FRANCI S CV S BOAS  
 VI R STIRPI S IVD AIC AE  
 GEOGRAPH V S ATQ V E ETHNOLOG V S MAGN V S  
 ANTE Q VATER VI GINTI ANNOS  
 NOVI EBORACI E VI TA EGRESS V S

MMXXII

FRANZ BOAS, der aus einer jüdischen Familie stammte,  
 war Geograph, vor allem aber war er ein großer Ethnologe.  
 Vor 80 Jahren starb er in New York.

Bekannt wurde Boas durch seinen Kulturrelativismus: Jede Kultur sei relativ und nur aus sich selbst heraus zu verstehen. Er entwickelte einen historischen Partikularismus: Jede Kultur habe ihre eigene Geschichte und Entwicklung. Man solle nicht versuchen, ein allgemeines Gesetz zu machen, wie sich Kulturen entwickeln.


Schon früh positionierte er sich gegen den damals weit verbreiteten und auch in der Wissenschaft akzeptierten Rassismus. Im Jahr 1894 bezog er in einem Vortrag vor der „American Association for the Advancement of Science“ erstmals öffentlich Stellung gegen den wissenschaftlichen Rassismus. Er machte in dem Vortrag deutlich, dass das Kriterium der Rasse keiner genauen wissenschaftlichen Überprüfung standhalten könne und als Analyseinstrument für die Anthropologie und Ethnologie hinfällig sei. In seinem Werk „Race, Language and Culture“ vertritt Boas die Ansicht, dass Intelligenz nicht vererblich sei, sondern kulturell erlernt werde. Die damals gängigen Intelligenztests kritisiert er.

Vor der Machtübernahme Hitlers sprach er sich entschieden gegen Rassismus aus. Zwei Monate danach, am 27. März 1933, protestierte er in einem offenen Brief an Reichspräsident Paul von Hindenburg gegen den Antisemitismus der Nationalsozialisten: „Ich bin jüdischer Abstammung, aber im Fühlen und Denken bin ich Deutscher. Was verdanke ich meinem Elternhaus? Pflichtgefühl, Treue und den Drang, die Wahrheit ehrlich zu suchen. Wenn dies eines Deutschen unwürdig ist, wenn Unfläterei, Gemeinheit, Unduldsamkeit, Ungerechtigkeit, Lüge heutzutage als deutsch angesehen werden, wer mag dann noch ein Deutscher sein?“

## Julien Gracq

\* 27. Juli 1910 als Louis Poirier in Saint-Florent-le-Vieil bei Angers  
 † 22. Dezember 2007 in Angers

Julien Gracq gehörte zu den unauffälligsten Autoren der französischen Literaturlandschaft im Sinne der Forderung, dass ein Autor hinter sein Werk zurücktreten soll. Er war beeinflusst von der deutschen Romantik und dem Surrealismus, und in seinem Werk verschmelzen freischöpferische Phantasie und Symbolismus miteinander.



IVLIANVS GRACQ  
 EGREGIVS SCRIPTOR  
 SVRREALISTA  
 QVINDECIM ANNIS ANTE  
 XI KAL. IANVIAS  
 EX VITA EGRESSVS

MMXXII

Am 22. Dezember vor 15 Jahren  
 starb der herausragende Schriftsteller und Surrealist

**JULIEN GRACQ.**

## Matthew Arnold

\* 24. Dezember 1822 in Laleham, Middlesex

† 15. April 1888 in Liverpool



QVATER QVINQVAGINTA ANNIS ANTE  
IX KAL. IANVARIAS NATVS  
MATTHEVV ARNOLD  
INSIGNIS POETA ATQVE CRITICVS ANGLICVS

MMXXII

MATTHEW ARNOLD,  
ein ausgezeichneter englischer Dichter und (Kultur-)Kritiker,  
**wurde am 24. Dezember vor 200 Jahren geboren.**



## Louis Pasteur

\* 27. Dezember 1822 in Dole, Département Jura

† 28. September 1895 in Villeneuve-l'Étang bei Paris

Louis Pasteur war ein französischer Chemiker, Physiker, Biochemiker und Mitbegründer der medizinischen Mikrobiologie, der entscheidende Beiträge zur Vorbeugung gegen Infektionskrankheiten durch Impfung geleistet hat.



QVATER QVINQVAGINTA ANNIS ANTE NATVS  
LVDOVICVS PASTER VIR STRENVVS  
MICROBIOLOGVS PRAECLARVS

\* \* \*

QVATER QVINQVAGINTA ANNIS ANTE  
DIE SANCTI IOANNIS EVANGELISTAE NATVS  
LOVIS PASTER VIR INSIGNIS  
ATQVE MICROBIOLOGVS ILLVSTRIS

MMXXII

Vor 200 Jahren wurde LOUIS PASTEUR geboren,  
ein tüchtiger Mann und ein berühmter Mikrobiologe.

\* \* \*

Am 27. Dezember vor 200 Jahren wurde LOUIS PASTEUR geboren,  
ein ausgezeichneter Mann und ein berühmter Mikrobiologe.

## Alfred Flatow

\* 3. Oktober 1869 in Danzig

† 28. Dezember 1942 im KZ Theresienstadt



ALFREDVS FLATOVV  
 ILLVSTRIS OLYMPIONISTA PRISTINVS  
 ANTE OCTOGINTA ANNOS  
 VKAL. IANVARIAS OBIIIT  
 AETATIS LXXIII

MMXXII

Am 28. Dezember vor 80 Jahren  
 starb der ehemalige berühmte Olympionike  
 ALFRED FLATOW  
 im Alter von 73 Jahren.

Alfred Flatow war ein deutscher Geräteturner und Olympiasieger.


Bei den I. Olympischen Sommerspielen 1896 in Athen war er einer von zehn Turnern aus Deutschland. Er gewann den Einzelwettbewerb am Barren und wurde Zweiter am Reck. Ebenfalls siegreich war er mit der deutschen Mannschaft am Barren und am Reck (unter anderem mit seinem sechs Jahre jüngeren Cousin Gustav Felix Flatow). Außerdem nahm er an den Wettkämpfen im Pferdsprung, am Seitpferd und an den Ringen teil. Wie die meisten anderen deutschen Olympiastarter im Geräteturnen wurde er nach seiner Rückkehr aus der Deutschen Turnerschaft ausgeschlossen, die damals den Wettkampfgedanken als „undeutsch“ ablehnte.

1903 war Flatow ein Gründungsmitglied der Jüdischen Turnerschaft, dem ersten jüdischen Sportverband in Europa. Wegen der Verfolgung durch die Nationalsozialisten emigrierte er 1938 in die Niederlande. Nach dem deutschen Einmarsch wurde er von den Nationalsozialisten in das KZ Theresienstadt deportiert, wo er 1942 umkam.

## Sándor Petőfi

\* 1. Januar 1823 in Kiskőrös als Sándor Petrovics  
 † 31. Juli 1849 bei Segesvár

Sándor Petőfi war ein ungarischer Dichter, Volksheld und  
 Freiheitskämpfer der ungarischen Revolution 1848.



QVATER QVINQVAGINTA ANNIS ANTE NATVS  
 ALEXANDER VVLGO SÁNDOR PETOEFI  
 BONVS POETA HVNGARICVS  
 ATQVE HEROS BELLIDELIBERTATE HVNGARICA

MMXXIII

Vor 200 Jahren wurde SÁNDOR PETŐFI geboren,  
 der große ungarische Dichter und ungarische Freiheitskämpfer.

## Rosa „Rosi“ Mittermaier-Neureuther

\* 5. August 1950 in München

† 4. Januar 2023 in Garmisch-Partenkirchen

Rosi Mittermaier war eine deutsche Skirennläuferin.



ROSA AVREA MITTERMAIER  
EXVITA EGRESSA

MMXXIII

„Gold-Rosi“ Mittermaier ist gestorben.

Die Olympiasiege Mittermaiers begründeten eine Popularität, die weit über ihre aktive sportliche Laufbahn hinaus andauerte. Als vielfach von Medien und Fans verwendeter Beiname etablierte sich „Gold-Rosi“.

Rosi Mittermaier galt als ausgesprochen bodenständig und erhielt in ihrer Biographie die Zuschreibung, sie sei „wahrscheinlich der natürlichste Superstar, den es je im Sportbereich gegeben hat“. Ihr Ehemann bezeichnete sie als „Leistungssportlerin ohne Ehrgeiz“, sie selbst erklärte, sie möge „dieses ganze Verbissene, Extreme“ nicht. In ihrer aktiven Zeit sah Mittermaier ihre Mitläuferinnen als Freundinnen und betrachtete gegenseitige Unterstützung und Hilfestellungen als selbstverständlich. Im Rückblick beschrieb Herbert Riehl-Heyse in der *Süddeutschen Zeitung* sie als „freundliches bayerisches Dorfmädchen“ mit natürlichem Charme und Ausstrahlung, das sich zu „so etwas wie die Miss Bundesrepublik“ entwickelt habe.

## Katherine Mansfield

(Geburtsname Kathleen Mansfield Beauchamp)

\* 14. Oktober 1888 in Wellington Neuseeland  
 † 9. Januar 1923 in Fontainebleau, Île-de-France

CATHARINA MANSFIELD  
 SCRIPTRIX CELEBRIS  
 VIGINTI LVSTRIS ANTE OBIIIT  
 AETATIS SVAE XXXIV

MMXXIII

Vor 100 Jahren starb die gefeierte Schriftstellerin  
 KATHERINE MANSFIELD im Alter von 34 Jahren.

Katherine Mansfield war eine neuseeländisch-britische Schriftstellerin, die bereits mit 34 Jahren an Tuberkulose starb. Neben 73 in der Regel kurzen Erzählungen hinterließ sie zahlreiche Briefe und Notizen. Die Resonanz auf ihr eher schmales Werk war und ist auffallend breit.


„Ihre meisterhaften, sorgfältig strukturierten *Short stories*, die mit großer Einfühlungskraft, zum Teil aber auch mit bitterer Schärfe anhand von Augenblicksimpressionen Einblicke in das alltägliche Leben unter anderem des wilhelminischen Deutschland und der neuseeländischen Gesellschaft ihrer Jugend vermitteln, sind stark von persönlichen schicksalhaften Erlebnissen bestimmt“, heißt es in der *Brockhaus Enzyklopädie* – etwa durch Mansfields gescheiterte erste Ehe, die Totgeburt ihres Kindes, den Tod des Bruders, ihr unheilbares Lungenleiden. Wie D. H. Lawrence und Virginia Woolf, mit denen sie eine widersprüchliche Freundschaft gepflegt habe, gehöre sie zu den bedeutendsten Vertretern der modernen angelsächsischen Erzählliteratur.

Auch das *Metzler Lexikon Englischsprachiger Autorinnen und Autoren* betont ausdrücklich den wesentlichen Beitrag, den Katherine Mansfield mit ihren *short stories* zur Entwicklung der avantgardistischen europäischen Moderne geleistet habe. Mansfield habe entscheidende Impulse für die Transformation und Weiterentwicklung der Kurzgeschichte als Gattung geliefert. Ihre dichte, anspielungs- und symbolreiche Erzählweise und die Aufgabe eines linearen *plots* zugunsten einer leitmotivischen assoziativen Verkettung von Episoden erinnere an die filmische Montagetechnik. Mansfields Erzählungen seien poetische Prosa, die den Blick auf vermeintlich Unwichtiges lenke und Sinneseindrücke präzise beschreibe. Ihre charakteristische Form des Erzählens sei schwer klassifizierbar; in der Literaturkritik werde ihr Werk wahlweise als impressionistisch, post-impressionistisch oder symbolisch bezeichnet.

## Alfred Russel Wallace

\* 8. Januar 1823 in Usk, Monmouthshire in Wales

† 7. November 1913 in Broadstone, Dorset in England



QVATER QVINQVAGINTA ANNIS ANTE NATVS  
ALFREDVS RVSSEL VVALLACE  
STVDIOSVS NOBILIS  
ANTHROPOLOGIAE  
PALAEONTOLOGIAE  
ZOOLOGIAE  
COAVCTOR THEORIAE SELECTIONIS NATVRALIS

MMXXIII

Vor 200 Jahren wurde ALFRED RUSSEL WALLACE geboren,  
der berühmte Anthropologe, Paläontologe, Zoologe  
**und Mitbegründer der Evolutionstheorie.**

**HAEC CHRONOGRAMMATA  
ARTIFICIOSĒ CONFECIT  
TOBIAS RÖSSLER**

## ECHUS VOCES EPISTULAE

### GAIUS LICOPPE NESTOR ACADEMIAE LATINITATI FOVENDAE

d.16. m.Ian. a.2023 h.01:41

**Nicolaus Gaio suo optimo** sal.pl.dic. s.v.b.e.e.v.

Modo accepi responsionem, quam *Paulus Kangiser* scripsit ad tuam. Semper valdê laetor de lectorum commercio epistulari vivacissimo. Mox accipies Epistulam Leoninam 270. In eâdem multa invenies de bello Ucrainico necnon magnum colloquium, quod factum est cum *Petro de Gaulle* nepote illius illustris *Generalis Caroli de Gaulle*. Qui multa dicit de Bello Ucrainiensi deque Russiâ et Francogalliâ. Audi, quaeso, receptiones originales; si vacabis, scribas mihi quidquid de *Petri DeGaulle* nepotis illius Generalis illustris opinionibus tibi in buccam venerint. Cura ut quam optimê et basilicê valeas. Haec raptim, mox certê plura. Medullitus te salutat  
**Nicolaus Leo Latinus**

d.27. m.Ian. a.2023 h.16:09

**Gaius Nicolao optimo s.p.d.**

Attente legi symbolas novissimi *Leonis Latini* et praecipue eam, quam primo loco posuisti. - Ante omnem disputationem, oportet definire quid maximi momenti sit, tibi et mihi, Germanis et Belgis, Europae civitatibus quae regimen democraticum habent. Maximi momenti eis est civium libertas cogitandi, loquendi, scribendi, libertas informationis, libertas factionum politicarum, dum regulas democraticas respiciant, et systema iuridicum a regimine omnino non pendens. - Has libertates regiminis democratici, quas Boris Eltsine instituerat, sine mora sustulit Putinus, statim ac praeses Foederationis Russiae electus est; insuper oeconomia, quae liberalis facta erat, in dicionem suam redegit ut sibi serviret; sic ingentem pecuniam in suam arcam deviavit et democraticas civitates quam maxime perturbare et corrumpere conatur. Etiam virum sibi devotum fecit patriarcham ecclesiae orthodoxae. - Nunc, quid sentiam de Dialogo Franco-Russico patefaciam. Consociatio "Dialogus Franco-Russicus" creata est anno 2004, cum Putinus in Russia sibi iam totam potentiam tribuerat; haec consociatio pertinet ad Putini programma debilitationis moralis et corruptionis nationum democraticarum, pro quo ingentem pecuniam impendit.

Petrus de Gaulle ibi interrogatur de bello Ucrainico et statim eius verba pondus habere videntur, cum clari generalis de Gaulle sit nepos, sed oportet hoc scire: postquam palam dixit: "USA responsales sunt belli Ucrainici, in quo OTAN sive NATO funestas partes agit", eius frater Yvo palam quoque dixit: "Verba fratris Petri exprimunt eius solius opinionem, sed certe non meam, neque nostrae familiae neque praesertim ipsius generalis de Gaulle". Post hanc infitiationem patet istum Petrum, qui in Helvetia vivit, instrumentum factum esse Putini programmatis corruptionis.

"2022 fuisse annum antirussum": falsum! Occidentales Russis non sunt infesti, sed solum Putini dictaturae. Ipse commercium epistulare adhuc habeo cum iuvene philologo Russo, quem ante nonnullos annos in Belgica conveni; pergat Melissam



accipere et legere. - Diligentissime Russiae historiam investigavi, cuius summam serie symbolarum in *Melissa* divulgo. Inde concludere licet ab Ivano IV Terribili, sexto decimo saeculo, Moscoviae principatus non desiisse vicinos populos in dicionem suam armis redigere, ut Russia et deinde Imperium Russicum crearetur.

Russi semper vixerunt sub tyrannide absoluta; populo miserabili et despecto solum licebat locupletissimam aristocratiam suo labore alere, primum nobiles aetate imperiali, deinde "nomenclaturam" gratiosorum communistarum URSS dictatoris; Russi nullam habent democratiae experientiam, quare ducem adhuc quaerunt, sed plerumque dux sua auctoritate abutitur ut propria consilia ad effectum ducat. -

"Pergere dialogum cum Russia oportet." Francogallus praeses Macron ultimus est qui Putinum convenit, ut suaderet ne bellum Ucrainae inferret, sed frustra; in dialogo duo benevolentes locutores sunt necessarii. - Putinus, qui regimina democratica despicit, putabat Occidentales solum verba damnatoria proluturos esse, ut iam faciebant ab anno 2014 cum Chersonesum Tauricam expugnavit. Verisimiliter Europaei solum verba fecissent, sed Americani aestimaverunt non diutius exspectandum esse ad eius aggressionem continendam; tunc 27 consociatae civitates Unionis Europaeae et Magna Britannia, audaciores factae, statuerunt bellum oeconomicum contra Putinum participare et auxilium ferre miseris Ucrainis, qui fortiter pugnant et mori malunt quam in dicionem crudelis dictatoris Putini cadere. - Putini scopus est totam Ucrainam suo Imperio Russico adiungere; gradatim progreditur; imprimis Crimea potitus est, deinde "adiuvit" russophonos orientalium regionum Ucrainae, qui se a regimine Ucrainico liberare velle dicebantur. - Gentes, quarum sermo patrius idem non est ac lingua nationalis civitatis, ubi multo minus frequentes sunt, exstant in multis civitatibus, ut in civitatibus Balcanicis necnon in ipsa Foederatione Russiae. Praetextum linguae Hitlerus iam adhibuit; sic Austriam sibi adiunxit; deinde dixit se Sudetes germanophonos a iugo regiminis Bohemoslovaciae liberare velle. Ignavi praesides Magnae Britanniae et Francogalliae, ab Hitlero Monacum invitati, Sudetes Hitlero traditos commutaverunt cum promisso nullam aliam civitatem postea oppugnandi; haec sociorum proditio non impedivit quin uno anno post Hitlerus expugnationem Bohemoslovaciae perficeret et paulo post, pacto cum Stalino facto, Poloniam oppugnaret et vinceret, quae in duas partes divisa est, unam pro Germania, alteram pro URSS... et fuit initium secundi belli mundani! - Non mirum quod vicinae Russiae civitates, ut Balticae et Polonia, Putinum valde timeant et maximum auxilium Ucrainis ferendum poscant. Etiam Finnia et Suetia, quoque diffidentes, volunt pacti OTAN tutela frui. - "Russi una cum Occidentalibus Hitlerianam Germaniam vicerunt"; hoc verum est, sed nolimus oblivisci eundem Stalinum anno 1939 pacificam Finniam oppugnasse et dimidiam Poloniae partem vi sibi assumpsisse. Cum Hitlerus Occidentales et Russos simul oppugnaret, inter eos facta est societas ignis cum aqua, quam Stalinus iam anno 1947 solvit; eius tyrannicum regimen plures suorum civium trucidavit (circa 20 miliones, e quibus 3 Ucrainorum), quam Hitlerus. Germania anno 1945 devicta, Stalinus non solum multas civitates Russiae vicinas et magnam Germaniae partem in dicione sua tenuit, sed anno 1948 Occidentales Berolino expellere conatus est, frustra propter efficacem Americanorum vigilantiam.

"Russi se defendunt" dicere est evidentiam negare; huiusmodi mendacium est typicum exemplum insidiosi Putini programmatis moralis inquinatio nostrarum democraticarum civitatum; dubium sic in mentes instillatum etiam nonnullos homines eruditos perturbare valet.

Plura dicere necessarium non est; si quis plura scire cupit de Russiae imperialis historia atque de Putino, qui se gerit ut praecedentes Russiae autocratae, legat symbolas meas in *Melissa*.

Bellum obsoletum contra Ucrainam gestum praecipue effecit ut pacificae Unionis Europaeae civitates iterum se armare deberent. Tutius Russis esset cum Occidentalibus consociari, quam vassalos fieri dictaturae Sinensis; Sibiria enim, ingens Russiae appendix, superficiem 13 milionum chiliometrorum quadratorum habet, sed tantum 39 miliones incolarum, cum vicinae Sinae superficiem tantum 9,6 chiliometrorum quadratorum habeant, sed 1,4 miliardum incolarum. Hoc Sinenses non fefellit; astute se gerunt; dicunt se resuscitare velle antiquam Viam Sericam, qua primum ante duo millennia Sinae tenuiter iunctae sunt cum Occidente; hanc novam Viam Sericam Sinenses iam coeperunt per Sibiriam ducere et suis sumptibus munire...

**Cura ut valeas.**

d.27. m.Ian. a.2023 h.21:51

**Nicolaus Gaio suo optimo sal.pl.dic.**

Gratias summas et ineffabiles tibi ago, mi Gaii carissime, pro responsione prolixâ et cum fervore admirabili scriptâ. Cum placeat mihi vigor argumentandi iuvenilis, litteras tuas statim inseram manuscripto Epistulae Leoninae proxima.

Huic autem epistolio in appendice subiungam primam partem operis mei, quam tuis trado manibus fidelibus omni qua par est observantiâ te rogans, ut - si vacabis - solitâ cum scientiâ atque diligentâ perlegas. Est enim primus fasciculus GLOSSARII ORBIS PICTI HEXAGLOTTI: fasc. I (A-antenna, p.1-68). Si permiseris, care Gai, ceteros fasciculos tibi mittam septimanatim, ut - sub reservatione Iacobeâ - ultimus fasciculus, quo opus coronabitur - aut a lepore paschali tibi afferatur - aut - si tardissimê - a bove pentecostali (qualis bestia sollempnissimê ornata in Germaniae regionibus ruralibus interdum adhuc apparet die festo illo flammularum polyglotto).

Scribas mihi, num has litteras cum fasciculo integram acceperis. Audiesne cras acroasin Theoderici nostri? Speremus deum Vulcanum rerum technicarum peritissimum nobis fore propitium. Vale pancraticê et perge mihi favere. Medullitus te salutat **Nicolaus Leo Latinus**.

d.21. m.Ian. a..2023 h.19:07

**IOSEPHUS FABER HUNGARUS** (i.e. József Kovács)

**OPTIME DOMINE GROSS,**

**SENTENTIIS ET EXISTIMATIONIBUS DE BELLO IN TERRIS  
UCRAINICIS SAEVIENTI PERLECTIS, OMNINO NON UT  
POSTULATO INTELLEGTIARUM ADUMBRATARUM VEL  
CORRECTIONIS POLITICAE, QUAE *politische Korrektheit*  
THEODISCE DICITUR, NISI FALLOR, SATISFACEREM, SED  
TEMPORUM INIQUITATE ATQUE CALAMITATE AC STULTITIA  
INGENTI ET IMPROBA AFFLICTO ANIMO NON POSSUM, QUIN  
MODO EPIGRAMMA A IANO PANNONIO / 1434-1472/ EXARATUM  
AFFERAM:**

**"O, PATER OMNIPOTENS, QUI CAELUM ET SIDERA SOLUS  
AETERNA DITIONE PREMIS, DEFIGE POTENTES  
HIS MISERIS OCULOS TERRIS, QUAS MARTE FEROCI  
VASTARI CERNIS LONGOQUE PERIRE DUELLO,  
ET NOBIS TANDEM TRIBUAS, PATER OPTIME, PACEM,  
QUAE MALA CUNCTA PROCUL MORTESQUE REPELLIT ACERBAS."**

**VALEAS QUAM OPTIME !**

d.22. m.Ian. a.2023 h.22.42

**Leo Latinus Iosepho suo Fabro Hungaro sal.pl.dic.**

Gratias plurimas, mi faber humanissime, pro verbis tuis benevolis et carmine Iani Pannonii mihi benignê misso. Quod opusculum epistoliumque tuum libenter publici iuris faciam in proximâ Epistulâ Leoninâ. Haec hactenus, mox, si volueris, certê plura. Medullitus te salutat **Nicolaus Leo Latinus**

d.30. m.Ian. a.2023 h.08:33

**Sodalibus spd**

Salvete ! Quid Vobis videtur discrimen esse inter notiones *educatio et eruditio* ? Possumusne ea verba ut synonymos uti, ut verba idem fere declarantia? Aliquando dictum legi: *Cultus atque humanitas vel animi cultus eruditioni par non est, sed animi synthesis est.* Gratias Vobis pro explanatione in antecessum dico. Valete **Iosephus Faber**

**NICOLAUS LEO LATINUS IOSEPHO FABRO SUO SAL.PL.DIC.**

Ad verba educationis et eruditionis significatione inter se distinguenda, care Iosephe, nolo tempus terere garrando et blaterando, nolo divinare et muginari et hariolari cogitationibus semi-philosophicis traditus, sed omni quâ par est observantiâ te invito, ut mecum adeas fontes Latinitatis antiquae ipsissimos. Iidem autem lexicographorum industriâ atque sagacitate optimê nobis sunt accessibiles in Monacensi illo Thesaurio Linguae Latinae, ad quem inspiciendum nobis non est necessarium caput Bavariae

adire, sed tribus quattuorve plectris computatri nostri impressis - ecce iam apparent paginae huius ingentis gazophylacii Latinitatis antiquae in visificio "*ordinatri*" (ut aiunt Latinophili Francogalli et Hispani) nostri. In situ interretiali, q.e. "TLL open access" adeundae nobis sunt symbolae hae quae sequuntur:

**ēducātiō**: ThLL 05.2,112,43 - 113,14. **ēducō** (brevis paenultimā!): 113,72 - 116,69.

**ēruditīō**: 05.2,833,34 - 834,74. **ērudiō**: 828,11 - 833,16.

Primo operae pretium est legere singulas subscriptiones lemmatum; haec tibi nunc indico - locos antiquorum ipsos mando diligentiae tuae.

### **EDUCATIO:**

- i.q. actus educandi 1 hominum (tam cultus corporis quam formatio morum)  
 ... i.q. lactatio.  
 2 bestiarum (educantibus tam hominibus quam ipsis bestiis)  
 3 rerum (perfectio, maturitas)

### **ERUDITIO:**

**I i.q. actio erudiendi**, fere i.q. institutio, tam de ipsa actione erudiendi quam de statu et condicione, qualem eruditio parat (huc pertinere possunt nonnulla exempla quae sub II dedimus)

**A** sensu latiore: 1 in universum (per pleonasmum l.57)

2 cum indicatione generis eruditionis per gen.obi.

**B** sensu strictiore ap. Christ. de ea eruditione quae puniendo, castigando, increpando paratur (acced. genet.obi.... subi....)

### **II metonymice:**

**A** de doctrina quae eruditione acquiritur (spectat ad certam certae rei scientiam e.g. l.30.34sqq... personate l.41 in allocut. honorifica infra l.42):

**B** de artibus, disciplinis, praeceptis, quae in eruditione docentur:

1 spectat ad varias artes, imprimis liberales (ubique num.pl. praeter l.52.55)

2 ad doctrinam christianam, apostolorum sim.

3 de ipso libro eruditionem amplectente.

Haec hactenus, care Iosephe Faber, aquam fontium antiquorum in Thesauro nobis liberaliter praebitam limpidissimam ipse nunc exhaurias et sorbilles ore fortunatissimo; nam est in proverbio: FABER EST SUAE QUISQUE FORTUNAE. VALE PANCRATICE ET PERGE MIHI FAVERE. MEDULLITUS TE SALUTAT NICOLAUS LEO LATINUS.

### **ALEXANDER HIPPOMYLIUS**

d.20. m.Ian. a.2023 h.12:04

#### **Sascha/Alexander tibi/vobis salutem dicit.**

Summa cum reverentia mea laudo Epistulam Leoninam CCLLX! Maxime aestimo, quod tu audes critice cogitare de narrationibus ab institutis rei publicae narratis. „Sapere aude!“ Hoc requirit audaciam in nomine libertatis, qua hodie magis quam umquam opus est. Imprimis colloquium cum nepote Caroli de Gaulle de condicione Russiae deque relatione Russico-Francogallica me valde delectavit. Hoc non

minimum est, quod ipse scribo pro ephemeride, quae appellatur „*Deutsche Stimme / Vox Germanica*“, quae opinione differt a narratione consueta. **Adiunxi pdf-appendicem editionis in qua scripsi de conflictu tragico Ucrainae/Russiae – ecce paginas VIII & IX.** Insuper invenias alios textus calamo meo scriptos. Retro anno MMIXX librum edidi, in quo geopolitice explicavi quid necesse esset ad condicionem hodiernam intellegendam. Epistula Leonina est delectatio culturalis lucrumque litteratum! - Benigne gratias ago! Vale et optime habeas! Sascha Roßmüller (Alexander Hippomylius)

PS: Tibi etiam plurimas gratias ago quod nexum divulgavisti, quo indicas obituarium meum Papae defuncti Benedicti XVI loquelare in Epistula Leonina CCLXIX editum.

PS II: Rogo, ut veniam mihi des in lingua Latina adhibenda interdum erranti.

d.22. m.Ian. a.2023 h.

**LEO LATINUS ALEXANDRO HIPPOMYLIO SAL.PL.DIC.**

Gratias plurimas pro verbis tuis perhumanis proque symbolâ tuâ, quam scripsisti de Bello Ucrainiano. Gaudemus tibi placere litteras nostras teque, quantum attinet ad res Ucrainicas, similiter cogitare quam nos. Macte virtute esto, Hippomyli. Tu ne cede malis, sed contra audentior ito! Medullitus te salutat **LEO LATINUS**

**RADULFUS LAVALLE ARGENTINUS BONAEROPOLITANUS**

d.20. m.Ian. a.2023 h.22:55

**Radulfus Nicolao s.**

Care Nicolae, duas hebdomadas feriis aestivis dedico, longe a domo mea. Ideo non mihi facile est Reti uti. Vidi, hoc non obstante, doctam atque amabilem polemicam, ut ita dicam, inter amicos nostros Helveticum et Chiliensem. Utinam res Russicae in melius eant. **Vale, Radulfus**

d.20. m.Ian. a.2023 h.23:09

**Nicolaus Radulfo suo s.**

Gratias multas, quod mihi nuntias te in alterâ parte mundi viventem feriis nunc frui aestivis, cum in Germaniâ (licet *climatoduli* illi pseudoprophetæ hariolentur de globi terrestres calefactione) temperaturæ sint hiemales. Ceterum loquerisne de Responsione Pauli ad Gaii responsionem? Gaius noster non est Helvetius, sed Belga. Utinam sint tibi dies aestivi quam iucundissimi! Vale semper, medullitus te salutat **Nicolaus Leo Latinus.**

**ALBINUS DUTOYA FRANCOGALLUS CATALONIENSIS**

d.20 m.Ian. a.2023 h.02:57

**LEO LATINUS ALBINO DUTOYAE SUO SAL.PL.DIC. S.V.B.E.E.V.**

Sodalis daedale, quid fit, quid agitur hac aetate aerumnosâ? Annum Bis Millesimum Vicesimum Tertium utinam faustis ominibus incohaveris! Anni reliquam partem utinam degas quam iucundissimê! Si vacabis, perlustra Leoninam meam: multa

invenies, utinam tibi placeant quam plurima! Novistine *Petrum de Gaulle*, nepotem illius Generalis illustrissimi? Inest Leoninae meae colloquium interrogatorium cum eodem factum. Scribas mihi quidquid tibi in buccam venerit. Pancraticê vale, mi Albine carissime, et perge mihi favere. Medullitus te salutat **Nicolaus Leo Latinus**

d.22. m.Ian. a.2023 h.18:15

**Albinus Nicolao SPD.**

Postquam commercium tuum epistolium (re)legerim, nimium mihi dicendum sit...  
Breviter:

1 - Tibi multis in rebus assentior, immo me "complotistam" esse fateor (vel "conspirativus" ut dicis).

Credere enim non possum omnes fere diurnarios et ceteros "optimates" EODEM MOMENTO EASDEM CRASSAS STULTITIAS (vel mendacia incredibilia) UBIQUE PROFERE sine quodam praefecto in postscaenio totam hanc comoediam regente. E.g.:

- Edictum est credere istas cohortas juvenum virorum qui omnimodo (etiam VI) In Europam veniunt, quia audiverunt non solum pecunia sed etiam MULIERES faciles esse in Europa, "REFUGEEES" esse!!! Ubi sunt mulieres, vetuli, infantes, qui in omnibus cladibus primi sunt tuendi? Abhinc jam nonnullos annos, rete prostitutionis Lutetiae deruitum fuit a custodibus publicis. Omnes 20 meretrices Africanae (ex Ghana) hujus rete jure erant in Francogallia ut... "POLITICAL REFUGEEES"!!! Ridiculum!...

- RESPUBLICA et ("JUSTITIA") CONCEDUNT ET CERTIFICANT VIRUM CASTRATUM ESSE VERAM MULIEREM. Abhinc nonnullos annos quidam vir lamentabat se nullum filium/filiam habere cum uxore, donec comperit se uxorem duxisse VIRUM CASTRATUM a RESPUBLICA (quae ei dedit identitatem - et documenta muliebra) certificatum "mulierem" fuisse,.. Quod mulieres virive vitam degere cupiant more alteri generis nullo modo vituperarem. Immo scelesti mihi videntur ii qui hanc libertatem eis denegare voluissent. Sed iterum dico: Quidam vir (mulier) qui RE VERA se mulierem (virum) esse credat CURARI ET MEDICARI DEBET, minime OBOEDIRI!!! Sin minus quisquam credens se esse julium Caesarem (bene intellego nonnullos inter Latinistas tallem delirium colere, sed..) debere salutari verbis "Ave Caesar! Morituri te salutant!" ne "Caesar" se discriminari putat... SUNT QUI DELIRIA PSYCHIATRICA VOLUNT INSTITUERE UT LEGIBUS COMMUNIBUS!!! Concives!!! Tandem EXPERGISCEMINI!!

- EADEM UNANIMITATE diurnarii et regentes terrorem vulgaverunt de horribili morbo totum orbem terrarum vastante...

In initio dubitare justum erat. "Quid sit hic morbus?" Sed post nonnullas septimanas, patebat omnibus quibus adhuc est verum cerebrum vivum (non spongia propagandae) hanc "pandemiam" modo esse novum virum non multum periculosius omnibus ceteris quibus hieme vexari solemus. Tamen restrictionibus libertatis et injectionibus pseudo-vaccinalibus coacti fuimus,

- Et credendum est "rem publicam" mafiosam et corrumpissimam Ukraïnae esse exemplum justitiae libertatisque adversus DICTATOREM SCELETISSIMUM VLADIMIRUM PUTIN. Tamen 2/3 incolarum nostrae planetae aliter censent et noluerunt Russiam sancire! Et certe Carolus De Gaulle talem submissionem imperialismo Boreo-Americano recusavisset ut fideliter et fortiter defendit ejus nepos Petrus... - Et ita porro...

2 - His paucis supra expositis, patet me parum favere haec "rectitudini politicae" (ut dicunt). Nec faveo censurae, generaliter, ET IMPRIMIS IN EPHEMERIDE, quia multitudo Latine loquentium non adeo ingens est ut acta diurna varia conficere possemus unaequaeque factioni politicae. Vix jam Ephemeridem nostram alere valeamus! Ergo inopportuna mihi videtur esse quadam censura in ea uti. Puto Andream mihi consentire. Tamen limites sunt, non opinionibus sed modo dicendi. Hunc textum non legi, ergo nescio an eadem cum severitate judicavisset ac Andreas... Sed Andreae missisti. Ille judicavit. Res clausa est. Ephemeris nimis fragilis est ne insuper rixae sint inter nos. Ephemeris promovet LATINITATEM VIVAM, non quamdam factionem politicam vel ideologicam.

3 - Et eodem consilio valde aegre fero haec verba talis Gulielmi Monetti (Cui jam recte humaniterque respondisti, Care Nicolae!):

"Mirarisne, optime, epistolam illam non editum iri? At miror te mirari. Mirarer si ederetur. Immomiror ad Ephemeridem missam.....propter Latinitatem et propter res, Ephemeridem non lego."

Unde haec contemptio? Quid ei fecimus? Sunt in Ephemeride res (et "Latinitates") OMNIUM GENERUM! Omnes ibi possunt aliqua invenire lectu digna. Nuntii, opiniones, libri, cinematographa, poesis, Historia, religio, crucigrammata, narrationes, archaeologia, acroamata, necnon... Epistolae Leoninae. Quid ei deficit? Unde tanta hostilitas? Et unde tanta superbia? Dicit se Latinitati Vivae favere? Quid fecit ad eam promovendam? EPHEMERIS semper fuit ET ERIT aperta omnibus qui in eam scribere vellent. Ii qui bene Latine scribere valent et non dignati sunt in eam scribere propter quamdam praeceptionem TACEANT!! - Haec hactenus. Ut dixi in initio, nimium mihi dicendum sit quod contrahere debeo. Vale pancratice, Care Nicolae, et perge nobis (et Ephemeridi) favere. Medullitus te salutat **ALBINUS FLACCUS EMPORITANUS**.

d.22. m.Ian. a.2023 h.21:16

**Nicolaus Albino suo optimo sal.pl.dic.**

Elato et inflammato animo epistolam tuam, mi care sodalis, perlêgi. Tot tantaque mihi proponis bona et probabilia! Valdê gaudeo, quod tu, qui prius solebas ûti quadam brevilocutione, nunc fusê et prolixê me certiore facis de cogitationibus tuis. Eo magis gaudeo, quod tu mecum communicas libertatis amorem et censurae odium. Consentis mecum etiam de absurditate fabellarum *narrativarum*, quas nobis ab optimatibus (ut dicis) cottidie inculcantur; tu quoque suspicaris praefectum quendam (vel syndacatum paucorum quendam) post siparia stare et neurospasta sua (i.e. politicos) huc illuc ad libitum suum trahere.



De Ephemeride quid dicam? Nullum corpus, ut ait Seneca, sine naevis et verrucis; Ovidius dicit nullam puellam verê pulchram esse nisi parvulo quodam vitiolo praeditam. Guglielmus, quia die noctuque ad dissertationem suam scribendam incumbit in litteras renascentiae aetatis poeticas et rhetoricas elegantissimê scriptas investigandas, fortasse maiorem vim attribuit elegantiae, quam ut intellegat utilitatem Latinitatis cottidianae in Ephemeride praeferendae. In hac re velim sequi *Augustinum*, qui dicit *Hoc facere, aliud non omittere*; plerumque soleo scribere textûs ad cottidianam vitam spectantes (quorum nomina saepe quaero, interdum novare studeo); interdum quoque, sed rarius, volito in tantâ altitudine cogitandi, ut cupiam Latinitatem scribere *rhetoricam*. Hoc pendet a gustu et ab occasione; scribat omnis quomodocumque vult, si quidem normas tenet grammaticas et intellegi potest. Sed manifestum est plerosque lectores periodicorum neolatinorum textûs argumenti et syntaxeos simplicis praeferre textibus intricatis. Non est naturale omnia exprimere sentiis intricatissimis et artificiosissimis. Varietas delectat et argumenti et elocutionis. Haec hactenus, mi care Albine, sed mox, si volueris, libenter plura scribam. Pancraticê vale et perge mihi favere. Medullitus te salutat **Nicolaus Leo Latinus**.

### **ANSGARIUS OSLOENSIS**

d.25. m.Ian. a.2023 h.20:46

#### **Salutem Nicolao plurimam dicit Ansgarius!**

Gratias tibi ago pro ultima epistula leonina. Admiror ubertatem pariter et varietatem symbolarum, quae in epistulis leoninis eximio cum lepore et latinissime tractantur. Mira prolixitas leonina sane praebet occasionem adagium illum tritissimum adhibendi, scilicet *Unus, sed leo!* Praesertim symbolas de bello Ucraino diligenter perlegi. Non dubito quin Vasingtonenses, ad industriam quaestuosam, tum Germanicam, tum Francogallicam delendam, et ut prorsus auctoritatem rerum publicarum Europaeorum frangerent, fallaciis hoc bellum gravissimum excitaverint. Nam cui bono, ut semper, interrogandum est. Cur autem homines politici Europaei, praesertim Germanici et Francogallici, quos omnes mens et ratio, ut videtur, plane reliquit, bellum acerbissimum tam turpiter inflant? In insaniam inciderunt, ut omnibus horis delirent? Aut a rebus publicis suis, quaestus causa, defecerunt? Non veri simile est omnes rerum moderatores Europaeos, imbecillitate ingenii suadente, semper nationibus Europaeis consilia infensissima capere. Igitur ad perniciem terrarum occidentalium non minus strenue quam flagitiose nituntur non tantum factiones prasinorum, vero etiam fautores et sinistrorum et rerum conservandarum! Vae Europaeis! Iam omnes ad arma convocandi sumus! **Basilice te salutat Ansgarius**

**GUGLIELMO MONETTI**

d.29. m.Ian. a.2023 h.13:37

**Nicolaus Guglielmo suo optimo** salutem plurimam dicit. SVBEEV

Guglielme carissime, quid fit, quid agitur? Iam diu nihil accepi a te scriptum. Utinam novum annum faustis ominibus incohaveris! Accepistine Epistolam Leoninam 270? - Huic epistolio in appendice, care amice, subiungam primam partem operis mei, quam tuis trado manibus fidelibus omni quâ par est observantiâ te rogans, ut - si vacabis - attentis oculis benevolis perlustres. Est enim primus fasciculus GLOSSARII ORBIS PICTI HEXAGLOTTI: fasc. I (A-antemna, p.1-68). Si permiseris, ceteros fasciculos tibi mittam septimanatim, ut - sub reservatione Iacobeâ - ultimus fasciculus, quo opus coronabitur - aut a lepore paschali tibi afferatur - aut - si tardissimê - a bove pentecostali (qualis bestia sollemnissimê ornata regionibus ruralibus interdum, quantum scio, adhuc apparet die festo illo flammularum polyglotto). - Velim tibi, care Guglielme, fructûs laborum meorum pandere, ut peritiâ tuâ sermonis Latini necnon rerum technicarum usus mihi scribas quidquid tibi de Glossario meo in buccam venerit. - Scribas mihi, num has litteras cum fasciculo integras acceperis. Vale pancreaticê et perge mihi favere. Medullitus te salutat **Nicolaus Leo Latinus**.

d.06. m.Febr. a.2023 h.12:50

**Gulielmus Nicolao s. p. d.**

Noli quaeso, care Nicolae, silentium, quo sum huc usque usus, in malam partem accipere; negotiis enim distentus ne muttire fere queo. Di meliora! Sed pro tuis epistulis, quas laeto animo, ut soleo, accepi, tibi gratias habeo agoque: valde tibi gratulor de symbolis quas de Latinitate viva, Pontifice Benedicto eiusque abdicatione, bello denique Ucrainico scripsisti. Quod mihi primum Lexici tui fasciculum miseris excutiendum, hoc mihi honori duco; nescio simne tanto par muneri. Quod aggrediar libenter, tamen ut potero. Vale!

d.6. m.Febr. a.2023 h.15.38

**Nicolaus Guglielmo suo sal.pl.**

Summas gratias, Guglielme carissime! Ut verum confitear, litteris tuis lectis tu mihi videris quodammodo resurrexisse, quem paene iam suspicatus eram - sit venia verbo! - ad plures abiisse. Nimis diu cum nil scripseris, te nunc saluto tamquam filium illum biblicum perditum aut saltim tamquam agnum in deserto amissum et contra spem repertum. "*Negotiis distentus ne muttire fere quis*"? Fuisti ergo laboriosior quam ut muttires? Mirum lectu! Vix credibile! Sed ego tam credulus sum quam ille Iudas Apella, de quo dicit Horatius. Utinam opera tua bene procedant. Mox accipies EL 271. Vale pancreaticê et perge mihi favere. Medullitus te salutat **Nicolaus Leo Latinus**.

---

d.12. m.Febr. a.2023 h.23.13

**Gulielmus Nicolao sal. pl. d.**

heus, ita est mi amice; res tene quales sunt apud me. Impositus mihi labor vertendi Naturalis Historiae libri septimi, adnotationum copia cingendi, praefatione muniendi, intra mensem proximum, ut liber ante aestatem edatur. Atqui brevi instabunt fustibus editores. Sic pluribus mensibus nihil nisi Plinium spiro. Hinc facile intellegis qualiter me habeam, Pliniana duritie apposita. Nam eius sermone saepe nil implicatius, certe vix quippiam durius. Quin ansam hanc statim arripio et problema philologum tibi subiicio. Legitur enim paragrapho 189 (loquitur ibi de animae mortalitate, eosque ludificat qui sibi immortalitatem animarum fingunt) haec sententia (sic manu exarati codices): *Puerilium ista delenimentorum avidaeque numquam desinere mortalitatis commenta sunt.* Quid est “puerilium ista delenimentorum”? An genitivus existimationis? Nam altera pars satis perspicua: “commenta sunt mortalitatis (h. e. hominum) avidae nunquam desinere (scil. vitam, h. e. nunquam mori cupientis)”. Sed nonne fieri possit ut pro “ista” legamus “instar”? “Puerilium instar delinimentorum”. Fac me certiore quid tibi de hoc videatur.

**Vale interea!**

---

d.12. m.Febr. a.2023 h.23.21

**Nicolaus Guglielmo suo sal.pl.**

Gratias pro nuntio tuo. In praesenti finiturus sum EL 271, quam mox accipies. De problemate tuo critico deliberabo, postea tibi scribam, quidquid mihi in buccam venerit. Habesne editionem Naturalis Historiae Königii & Winkleri, i.e. Heimerianam Latino-theodiscum? Quam ego possideo. Ceterum tibi exopto, ut animo tranquillo quam optime progrediaris. Haec raptim, mox certê plura.

**Nicolaus Leo Latinus**

---

d.15. m.Febr. a.2023 h.00.02

**Gulielmus Nicolao suo s. p. d.**

Optas mihi perhumaniter sim animo tranquillo: qua re nil gratius mihi. Nam perpetuis laboribus animi tranquillitas frangibilis. Propterea tibi gratias habeo. Editionem Plinianam latino-germanicam Bibliotheca nostra possidet, eaque quoad librum 7um usus sum haud semel, utilissimamque comperii. Intra aliquot hebdomadas labore hoc, si di dederint, solutus, tuo operi operam, quam meretur (nam est dignum quod attentissime legatur) tandem praestabo. Interea vale, nosque Latinitate Pliniana vividiore beare pergas.

---

d.17. m.Febr. a.2023 h.18.23

**Nicolaus Guglielmo suo sal.pl.**

Leoninae CCLXXI ultimam manum impositurus relegens epistolam tuam de loco Pliniano tibi molesto (epist. d.12.m.Febr.) haec dico: Minimê necessaria est coniectura a te proposita. Nam genitivus pluralis, qui est *puerilium delenimentorum*, minimê

dependet a pronomine demonstrativo, q.e. *ista*, sed a substantivo, q.e. *commenta*. Reverâ pronomen est subiectum sententiae et spectat ad varias ideas immortalitatis antea memoratas, quas Plinius reprobat. *Commenta* est nomen praedicati.

Ecce tota sententia Pliniana:

**Puerilium *ista* delenimentorum avidaeque numquam desinere mortalitatis *commenta* sunt.**

Nunc studeo tibi cohaerentiam singulorum verborum indicare eo quod ordinem verborum instituo non artificiosum, sed quam simplicissimum:

**Ista sunt commenta delenimentorum puerilium atque mortalitatis, quae avida est numquam desinere.**

Quid nunc? Nonne nunc est sententia Pliniana bene intellegibilis - sine ullâ coniecturâ? Scribe mihi, quid tibi videatur de explicatione meâ. Utinam bene progrediaris! Medullitus **Nicolaus Leo Latinus**

## NAEVIUS SARTORIUS SUEBUS CORACOPOLITANUS

d.19. m.Ian. a.2023 h.19.31

**Nicolaus Naevio suo sal.pl.**

Pro REGIMINE SERMONIS, care amice, gratias plurimas! Modo eundem invêni in arcâ nostrâ cursuali. "*Wie konnte es gelingen, eine Agenda durchzusetzen, die den Interessen der Mehrheit eklatant widerspricht...?*"

Haec mihi videtur esse quaestio cardinalis in omnibus ferê rebus, de quibus commercium habere solemus litterarum. Eadem quaestio nos urget et vexat in rebus coronariis covidianisque perscrutandis - quonam modo contingere potuit, ut miliardae hominum sine ullâ dubitatione gratis animis fideliter et feliciter ovibus balantibus haud absimiles comprobarent acciperent adhiberent remedia diabolica quae fuerunt mascae et quarantaenae et siphunculus fatalis...??? Ceterum vehementer spero etiam Ugurem illum vetulum veneficum unâ cum uxorculâ suâ mox interrogatum iri. Utinam veniant Rebelles ad Aurifodinam Mogontiacensem... SALVE VERITAS VIRGO VERECUNDA! Fugata eras - gratias tibi agimus, quod rediisti! O quam diu te dolorosê desideravimus... Haec hactenus, et dono tuo et Rebellium interrogatiunculâ exhilaratus te salutat **Nic.**

d.20. m.Ian. a.2022 h.00.18

**Nicolaus Naevio s. s.v.b.e.e.v.**

Quis hoc potest videre, quis hoc potest pati? Spectans et audiens spectaculum Davosense primo tanto taedio corripior, ut non multum absit, quin vomam; deinde autem scaena mihi aliquatenus videtur esse iocosa et ridicula: nonne *Schwabius* et *Ursula* sunt pupae *Spectaculi Muppetiani*?

Modo Epistulam Leoninam (EL 270) parturio. *Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus*, ut ait Horatius, qui etiam sentit bonum poetam *ridentem dicere verum*. Quae verba Horatii rettuli ad *Geraldum Grosz*, mox leges). Mox accipies. Vale semper, **Nic.**

d.20 m.Ian. a.2023 h.15.49

**Nicolaus Naevio s. s.v.b.e.e.v.**

Incredibile est, ista politica sinistra et iste liberalis quam vehementer ignorent scandalon coronae et pseudovaccinationis! Dissimulantne an sunt reverâ tam stulti??? "*Natürlich müssen wir uns damit beschäftigen - gibt es auch Impfschäden?*" "*Alle seriösen Wissenschaftler sagen, dass die Impfung gut ist!*" (Nonne climatomanici eadem dicunt?).

d.21 m.Ian. a.2023 h.22.36

**Nicolaus Naevio s. s.v.b.e.e.v.**

Lêgimus secundum praeceptum Unionis Europaeae admisceri cucullis et pyxidibus victualium insecta molita, qualia essent grylli (*Achetæ domesticae*) et *Locusta migratoria* et vermiculi farinacei et vermes, qui ab helmintologis appellantur *Alphitobii*. Laudantur propter prolis propagationem vilem et velocem et portionem proteinorum enormem. Phu Diabole! Vomiturio. Maximê indignor, quod secundum praeceptum Unionis Europaeae non indicatur pyxidi aliquo cibo impletae insecta admixta esse. Quod est verum scandalon. Nam nemo certo scit, quales effectûs habeat ad valetudinem talis admixtio taeterrima (e.g. allergiae). Scilicet hoc fieri sub praetextu mutationis climaticae impugnandae (cuius causâ nonnulli tantum progrediuntur, ut commendent anthropophagiam - o quanta insania!). - Taedet me insecta vorare. Non recordor me umquam legisse Romanos aut Graecos insecta degluttivisse - nisi in summis angustiis. Nam - ut aiunt nostrates - in angustiis diabolus vorat etiam muscas. Coreani autem magni aestimant calefactas pupas *Bombycis mori*, i.e. papilionis, qui net sericum; easdem putant ad valetudinem servandam multum valere. Quas semel tantum comêdi quodam taedio correptus. Bis autem comêdi carnem caninam, quia a collegis Coreanis tam cômiter invitatus eram, ut nollem cibo recusando eorum animos laedere. Laciniae eiusdem angustae intermixtae erant foliis lactucae; quae caro mihi similiter sapuit quam vitulina. Profecto plebecula credit hac carne comesâ corpus, speciatim naturalia masculina corroborari; itaque iusculum caninum dicitur nomine sinocoreanico *bo-sin-thang*, quod valet *iusculum corporis protegendi*. Tempore autem Ludorum Olympiorum Seuliensium haec sorbitio in cauponis interdicta erat, ne convivae extranei indignarentur; hac de causâ caupones nomen mutaverunt; nunc appellaverunt eam *sorbitionem quattuor anni temporum*. Postea audivi quantâ cum crudelitate interdum canes mactarentur. Quia nonnulli homunciones credebant carnem caninam sapidiorum fieri, si miserum animalculum brevi ante mortem quam vehementissimê timeret atque doleret (ut carni admisceretur adrenalinum), suspendebant vivum canem vinctum e tendiculâ lavandariorum et fuste mulcabant quam vehementissimê, usque dum moreretur; immo illo tempore audivi esse quosdam Phalarides, qui canem ex tendiculâ suspensum adurerent faculâ aut ustro Bunseniano. His auditis me paenituit illius cynophagiae meae. Sed tempora mutantur etiam in Coreâ (interdum ibi celerius quam apud nos); interim iuniorum vix quisquam caninam attingit, immo

multae puellae ambulantes manibus gerunt catulos, quos tam tenerê et amanter curant quam matres curare solent infantulos suos.

Ars venandi, si normis traditis exercetur, haud vituperanda esse mihi videtur. Tamen unâ cum uxore cum nuper legerem olores (i.e. cycnos) aves illas pulcherrimas mirâ maiestate praeditas, in Germaniâ numerari inter feras venabiles, animi nostri contristati sunt. Nam nos cottidie ad lacum et fluvium silvestrem, ubi birotamus et ambulamus et cursitamus corporis exercendi causâ, visitamus familiam olorum stupentes de talium animalium prudentiâ et curâ pullorum tenerrimâ atque diligentissimâ; ad ripam advenientes statim ab iis avibus magnificis salutamur et uxor cum iis colloquitur. Quid tibi, Nimrode, Dianae fili ferocissime, videtur de olorum venatione? Qualis nobis valdê displicet!

Quod attinet ad *dialectos*, nequaquam mihi foedae et despiciendae esse videntur, sed easdem habeo pro thesauris cultûs civilis pretiosissimis. Dialecti sunt, ut aiunt sociologi, *ancorae identitatis*. Itaque sunt optima arma *anti-transhumanistica*. E contrario is qui nescit sermonem gentis et regionis natalis propriae, est despectione dignissimus, nam is est, ut aiunt Coreani, *flosculus radicibus orbatus*.

Noli oblivisci aetate classicorum nostrorum poetarum nondum exstitisse pronuntiatum linguae theodiscae normatum. Scimus Schillerum pronuntiantem perfectê *suebizavisse*, Goetheum *hassizavisse* more Francofurtano. Nonnulli versûs Fausti Goetheani non iam sunt homoeoteleuta (*rimi*, ut aiunt mediaevales), si pronuntiantur secundum normam phoneticam modernam, e.g. ....*neige*, .....*du Schmerzensreiche*

Ceterum *Maximilianus Mangold* professor phoneticus admirabiliter polyglottus, cuius cursuum et acroasium per decem ferê annos particeps fui magnâ cum animi inflammatione, multos etiam cursûs institutorios praebens dialectorum theodiscarum (e.g. saravipontanae, bavaricae, suebicae, coloniensis, vestfalicae, boreotheodiscae, turicensis, basiliensis e.al.) nobis affirmabat eum qui non solum sermonem normatum, sed etiam dialectum aliquam a primis pueris didicisset, melius praeparatum esse ad linguas alienas discendas quam hominem '*normato*' tantum sermone loquentem: nam talem plura nosse phonemata pluresque constructiones grammaticas.

Praeterea in memoriam tibi revoco esse nonnullos poetas bene famatos dialecto suâ poetantes et narrantes: e.g. *Franz Kobell* mirabiliter et maximê laudabiliter bavaricê scripsit de *Caspere Brandner Mortem fraudante* (monet illius mythi Sisyphi similia facientis), necnon exemplum affero poeseos dialecticae ab ipso *Goethe* et *Tolstoi* summê laudatae: *Johann Peter Hebel*, "*Allemannische Gedichte*", maximê laudatur illud carmen alamannicum verê philosophicum Hebelianum, ubi pater et filius inter se colloquuntur de fragilitate vitae eiusque fine appropinquante.

Quod attinet ad sonos alienae dialecti, qui nobis si sunt insoliti, sive est suebica sive saxonica sive ulla alia, saepe nobis, inquam, videntur foedi et ridiculi - tibi affirmo me in decennio meo Coreaniensi expertum esse talem sensum minus re obiectivâ oriri, quam pendêre ex differentiâ phoneticâ, quâ differt aliena lingua a propriâ necnon mutari posse consuetudine augescente.

Procul dubio est etiam quaedam sonoritas linguae naturalis et obiectiva, quam omnis homo cuiuscumque sermonis natalis statim sentit. Neminem umquam audivi dicentem sibi linguam Italicam male sonare; inter omnes constat (etiam inter Coreanos, qui libenter cantant) linguam Italicam esse sonorissimam et - propter vocalium ubertatem - ad cantandum aptissimam. Itaque haud mirum est tot cantilenas et melodramata Italica esse, quae ubique terrarum praedicentur, et omni qui studeat musicae cognoscendae, aliquatenus discendam esse linguam Italicam. Haec de obiectivâ linguae pulchritudine, nunc dicam, quae mihi videantur de pulchritudine linguae subiectivâ.

*Gutta cavat lapidem*, praesertim si saepius audimus indigenas loquentes nobis gratos et caros, si bona et iucunda aut interdum etiam dura et dolorosa nobis accidunt cum ipso sermone incolarum coniuncta. Deinde consuetudine fit, ut soni qui nobis primo visi erant foedissimi, paulatim et gradatim auribus fiunt iucundiores, et in fine id quod fuerat crocitatatio perterricrepa, in auribus sat diu exercitatis resonat tamquam luscinae cantus nuptialis. Nonne tu similia expertus es in Angliâ et Russiâ versans?

Postquam aures meae ad sonos Coreanici sermonis sunt assuefactae, unâ cum uxore Seulii in capite Austrocoreae particeps factus sum conventûs interpretum, ubi versiones fabularum Coreanicarum sat prolixae recitatae sunt sinica mongolica hispanica; ut verum confitear, soni sinici cum iam sat molesti fuerint, etiam molestius mihi fuit audire versionem mongolicam per plus dimidiam horam. Tanta erat huius sermonis mihi alienitas, ut recitatore finiente profundê respirarem Deo gratias agens. At denique aures meas allexit sermo Hispanicus - qualis et quanta differentia! Quanta maiestas, quanta pulchritudo austera! Mihi visus sum venti ululatum et tonitrua horrenda et fulgura coruscantia perpessus subito sentire caelum clarum et serenum, solem mihi arridentem, auram flantem iucundissimê. Licet me irrideas, care Naevi: Animus meus filiam linguae Latinae pulchram audiens subito tantopere recreatus est et refocillatus, ut oculi mei umescerent... Sive credis sive non: sic factum est. Haec sufficiant in praesenti; scribe mihi, de his aut de aliis, mi care amice, scribe mihi quidquid tibi in buccam venerint. Utinam dies Dominicus crastinus tibi tuisque fiat quam iucundissimus.

### **Medullitus te salutat Nicolaus Leo Latinus**

d.22 m.Ian. a.2023 h.22.52

#### **Naevius Nicolao s.**

Care amice, ea quae narras de Corea et iucunda et odiosa sunt. Revera, cynophagia Coreana mihi valde displicet, ne dicam eius me taedet. Apparet eos homines – rectissime eos dicis *homunciones* et *Phalarides* – maxima cum crudelitate canes mactantes ignorare leges morales et biologicas. In Europa venatores iam diu sciunt qualitatem carnis esse quo peiorem eo plus adrenalini inesse; tu, quippe qui peritus biologiae sis, haec bene scis.

Quamobrem etiam repudio venandi genera, in quibus bestiae aguntur et venatores student ferire animalia moventia; certe, ut confiteri debeo, nonnumquam necesse est apros hoc modo venari; saepe agricolis damnum inferunt, quia vastant agros.



Olores numquam venabar, numquam venabor; caro esculenta non est. Venatores mihi noti olores etiam non venantur; fortasse licet venari eos in regionibus et systematibus oecologicis quibusdam aliis de causis - ubi aves illae fortasse habentur animalia noxia.

\*\*\*

Quod attinet ad dialectos, non ignoro pronuntiatum normatum initio non fuisse. Recte dicis in dialectis esse quandam ubertatem phoneticam et grammaticam. Profecto diligo eas dialectos quae inveniri possunt in Confoederatione Helvetica. In eis sunt quaedam verba mira velut „Chnorzisiech“, „Leimsieder“, „Tüpfelischiesse“, „Gipfeli“. Ea sonant solide, terrene, patrie. Placent.

Ut etiam rectissime dixisti, pulchritudo nonnullarum linguarum a maioritate hominum aequè percipitur; apparet esse quasdam structuras (perceptionis) pulchritudinis obiectivae vel intersubiectivae. Etiam opinor dialectum esse necessarium illis figuris a Gerardo Poltio (*Gerhard Polt*) inventis, loquentibus Bavarice. Ille lepos Poltii non separari potest a dialecto et eius figuris; immo, lepos bavarissimus est; immo – si figurae eius non Bavarice loquerentur, ille lepos omnino interiret.

Quod attinet ad pulchritudinem subiectivam dialecti, sententiam (meam) dicere volo his verbis tritis: *de gustibus non est disputandum*. Mihi non displicet dialectus Suebica per se; sed mihi sunt associationes cogitationum iniucundissimae spectantes ad mores habitusque Sueborum et sympolitarum meorum velut: „Kehrwoche“, „Spießler“ et ceteri. Uno verbo - illa dialectus mihi semper videbatur provincialissima esse. Itaque accentus senis Davosiensis meo animo paradoxon quoddam est. Loquitur illo accentu provincialissimo – sed (cum grano salis) mundum regere vult. Mihi ipsa res ridicula esse videtur.

Ceterum, bene scio animum nostrum refocillari posse, cum audimus linguam pulcherrime sonantem. Ille casus spectans ad linguam Hispanicam (profecto filia pulchra linguae Latinae), de quo tam alacriter narravisti, mihi omnino non ridiculus esse videtur. Ille animus a te, care amice, descriptus mihi scilicet non ignotus est: Britanni optime sciunt artem orationis; in multis eorum orationibus sentire possumus historiam grandem Britanniae, quandam nobilitatem, quandam numerum aulicum urbanumque, quandam subtilitatem et sermonis et oratoris. Hic videre et audire potes actorem oratoremque valde a me dilectum: Eduardum Vulpem (*Edward Fox*). Loquitur de re quadam adhuc praesenti, de referendo. Mos loquendi/recitandi eius mihi valde placet: <https://www.youtube.com/watch?v=bNHfSiD3puY>

Vale semper

**Naevius**

d.22 m.Ian. a.2023 h.23.19

**Nicolaus Naevio s.**

Summas gratias, care Naevi, tibi ago, quod tam prolixè et peritè mihi respondisti. Pro certo habeo tuam epistulam fore cimelium collectionis meae pretiosissimum. Stribiligines invèni paucissimas et levissimas, duo tantum exempla afferam:

1. Verbum graecanicum, q.e. dialectus, est feminini generis (graecê dicitur ἡ διάλεκτος). 2. Verbum *venandi* solet esse deponens: *venari, venor, venatus sum*, Impf. *venabar*, Ipv. *venare*.

Haec hactenus brevissimê, alia multa si volueris, occasione proximâ. Utinam septimana tibi evadat quam iucundissimê.

Medullitus te salutat

**Nicolaus.**

d.23. m.Ian. a.2023 h. 01.17

**Nicolaus Naevio s.**

In quodam lupanari Vindobonensi viri ad vaccinationem (inutilem et nocivam, ut interim bene scimus) alliciuntur fututione gratuitâ praebendâ. Bella gerant alii - tu felix Austria futue! Quis scit quot fututores vaccinati nunc laborent myocarditide aut syndromâ Guillain-Barré- aut cancro accelerato? Aut iam pridem ad plures abierint? Quis ante pseudopandemiam mente confingere potuit homines alicuius nationis eruditae deque cultu suo civili gloriantis umquam allectum iri ad aliquam vaccinationem medicinale subeundam tali methodo tam indignâ? Si homines confisi essent istâ vaccinatione nemo cessasset, nemo dubitasset; sed quam improbum est alicuius instinctum venereum excitare, ut subeat curationem medicinale, quam putat dubiam et periculosam esse? *Tempora mutantur et nos mutamur in illis*: interdum celerius quam nobis placet. Ex alterâ parte dicendum est Austriacos vaccinatores liberaliores fuisse quam Thuringenses et Norimbergenses: qui nihil praebuerunt (an adhuc praebent?) nisi *tomaculum...* **Nic.**

d.23. m.Ian. a.2023 h. 08.45

**Naevius Nicolao s.**

Assentior tibi dicenti iniquum esse politicos illum instinctum excitare, ut homines subeant curationem medicinale non exploratam. Gaudeamus igitur nos istud theatrum perspexisse et totalitarismo vaccinatorio restitisse.

VN

d.24. m.Ian. a.2023 h.01:03

**Nicolaus Naevio s.**

Colloquium cum Putino factum mihi memoratu dignum esse videtur. Interrogator nequaquam videtur servilis esse – nonne? Quid tibi videtur? Videsne, audisne in hęc colloquio monstrum illud a diurnariis nostris pictum? Alterum Adolfum, alterum diabolum? Nequaquam! **Nic.**

d.24. m.Ian. a.2023 h. 08.15

**Naevius Nicolao s.**

Care Nicolae, tempus ad responsionem prolixam me nunc deficit - revera documenta multa et acroasin hodie faciendam praeparare debeo -, sed ille vir Russus mihi clare et sane de rebus geopoliticis et oeconomicis loqui videtur. Illud monstrum, quod

nostra media optimaē qualitatis pingere solent, non video, sed virum mentis sanae et historiae peritum. Cura ut valeas NV

d.01. m.Febr. a.2023 h.09:59

**Nicolaus Naevio s.**

Bene fecit Iulianus - exceptâ unâ tantum re: pronuntiatione! Nam e petaso et perspicillo concludo eum velle imitari *Ericum Honeckerum*. Per errorem Iulianus conatur loqui dialecto Saxonica: Sed Ericus, qui esset verus Saravianus in viculo *Wiebelskirchen* prope *Novam Ecclesiam* sito (interim iam pridem tribu oppidi facto) natus, quamquam per 40 ferê annos a Saxonibus circumdatus per totam vitam sermoni patrio fidelissimus accentu Saraviano, non Saxonico locutus est. Sed hic error Iuliani est ignoscibilis. Vale semper, **Nic.**

d.01. m.Febr. a.2023 h.09:59

**Naevius Nicolao s.**

Recte, quod attinet ad imitationem accentus infelicem - veniam demus Iuliano! N.

d.03. m.Febr. a.2023 h.13:08

**Nicolaus Naevio s.**

Hodie Radiophoniam Bavaricam audientes accepimus augmentum mortium subitariarum non esse factum, e contrario numerum mortium subitariarum esse deminutum. Quosdam theoreticos conspirationis per errorem contendere hunc numerum augeri propter vaccinationes covidianas. *Inventores (vel vulpes) factorum* (i.e. Orwellianos ministros veritatis) clarê demonstravisse istos theoreticos gravissimê errare. Strategia systematis nunc est haec: Absolutê nihil concedere, non iam singulas partes veritatis detorsas describere, sed totam veritatem in contrarium convertere, i.e. nihil iam dicere nisi mendacia. Proclamant nunc impudentissimê eum, qui contendat propter vaccinationem numerum mortium subitariarum esse exauctum, esse theoreticum conspirationis, hominem ridiculum, mente captum, periculosum. Psychologa explicat, unde exoriatur talis perturbatio mentalis (si quis non audit Radiophoniam Bavaricam, sed nuntios alternativos, et eligit Factionem Alternativam, in tantam insaniam incidit, ut credat vaccinationem contra morbum covidianum factam multo plus nocere quam morbum ipsum. Nefas! Si pergemus audire Radiophoniam Bavaricam, mox bibemus - ut ille *Vinstonius Smith* eiusque *Iulia* - liquorem iuniperinum et amabimus *Magnum Fratrem*. Vale semper, **Nic.**

d.03. m.Febr. a.2023 h.13:13

**Naevius Nicolao s.**

Care amice, intolerabile! Respondebo tibi serius, mihi sunt nonnulla negotia agenda. Vale semper V

d.05. m.Febr. a.2023 h.15:56

**Nicolaus Naevio s.**

UTINAM CAUSAM DICANT VILELMULUS PORTARIUS GENOCIDA ET ALBERTUS GRAECULUS VENEFICUS !!! ECCE LAPIS COEPIT DEVOLVI !!! MOLINAE DEI MOLUNT LENTE - SED EFFICACITER !!! "*Es s'ist nichts so fein gesponnen - s'kommt doch ans Licht der Sonnen!*" - Vale, **Nic.**

d.05. m.Febr. a.2023 h.16:25

**Naevius Nicolao s.**

Difficile erit abolere illud pactum; nondum scimus ea, quae id continet. Iurisconsulti Pfizeriani certe invenerunt exceptiones quasdam horribiles. Thailandia probare debet se a Alberto venefico deceptam esse.

d.05. m.Febr. a.2023 h.17:04

**Nicolaus Naevio s.**

IAM PRIDEM PROBATA EST NOCIVITAS PSEUDO-VACCINI. OMNI MICROSCOPIO SCHOLARI DEMONSTRARI POTEST INESSE PSEUDO-VACCINO PARTICULAS TANTAS, UT VENULAE CAPILLARES IISDEM CONCLUDANTUR IDEOQUE FIAT THROMBOSIS. Vale, **Nic.**

d.05. m.Febr. a.2023 h.18:01

**Naevius Nicolao s.**

Certe, tamen timeo ne sint tales exceptiones in pacto quae impediunt abolitionem. Pactum nescio - cogitationes meae solum sunt adhuc suspiciones. Thailandia probare debet Pfizerianos novisse nocivitatē, nocivitatē iam illo tempore certam fuisse, gradum nocivitatē supra modum fuisse. Caveat emptor! Pfizeriani certe indicaverunt Thailandiae pericula (adhuc ignota) quaedam isti VACCINO inesse posse. Emptorem quemcumque haec bene novisse, itaque emisse vaccinum novum aleam propriam subeuntes - hoc, ut timeo, erit ars quam Pfizeriani in ius a Thailandia vocati exercebunt. Tamen speremus illam terram fortem causa victuram esse.

d.06. m.Febr. a.2023 h.16:10

**Nicolaus Naevio s.**

Certe iam legisti de *Maaßenio* et *Steiero* necnon *Martiolo* hypocritā et lucripetā Melanopetraeo. Dicas mihi, care Naevi: Qui homo probus et sincerus in hac re non assentiatur *Maaßen*? Quisnam negat istud dictum Steierianum redolere phyletismum crassissimum? Quis tam obcaecatus aut tam hypocriticus est, ut nunc *Maaßenium*, qui nihil dixit nisi verba ipsius Steieri rectissimē explicavit, accuset phyletismi Steieriani? Reverā Steier est phyletista horrendus necnon parasitus, qui eo quod subintroducitur asyli fraudatores, nobis omnibus ingens infert damnum. Utinam fugetur in terras longinquas istud Acheruntis pabulum! Vale semper, **Nic.**

d.06. m.Febr. a.2023 h.22:13

**Naevius Nicolao s.**

Care Nicolae, modo reveni ex Monaco, ubi hodie *Frank Walter* orationem quandam de "*Rosa Alba*" habuit. Scilicet eam non audivi, sed nonnullos studentes docebam ius civile - interea. Rectissime statuis verba horribilia istius Steieri redolere phyletismum. Sed nobis non licet eum publice phyletistam dicere, ut bene scimus. Explanatio simplex est. Sinistris eo tempore est potestas definiendi verba politica et constituendi fines disputationis politicae. Definitionem verbi "phyletismi" solitâ vehementer simpliciore reddunt: Putant Germanos numquam victimas phyletismi esse posse, sed semper auctores illius delicti esse. Vale semper VN

d.09. m.Febr. a.2023 h.22:43

**Nicolaus Naevio sal.**

Notionem socialem, cuius significatio est vaga et aliquatenus obscura, studeo in Latinum convertere. "*woke*" et "*wokeism*" sunt verba tam frequentia quam sensûs parum certi. Inspice, quaeso, appendicem. Ceterum "*minoritativismus*" iam est in usu politologorum (spectat ad electiones). "*Vigilantismus*" mihi placeret, sed magis refertur ad "*Reichsbürger*" et "*Skinheads*", non ad "BLM", "LGBTQ+" etc. Quid sentis? Vale semper, Nic.

d.10. m.Febr. a.2023 h.10:50

**Naevius Nicolao suo sal. pl. dicit,**

Care amice, eo tempore filius aegrotat, itaque solum raptim respondere possum. Gratias magnas tibi ago pro nuntiis tuis electronicis iucundissimis. Quod attinet ad conversionem verbi „*Wokeism*“ – verbum Latinum „*Vigilantismus*“ mihi valde placet; radix etymologica illius verbi mihi aptissima esse videtur: *woke* > *wach* > *bewachen* > *vigilare*. - Ceterum verbo *Vigilantismi* optime exprimere possumus istis hominibus velut Luisae N. et Bacciballo prasino, istis agglutinatoribus non solum esse animi habitum quendam, sed etiam acre et vanum studium mundi melius reddendi quoddam. Vale semper VN

d.11. m.Febr. a.2023 h.12:47

**Nicolaus Naevio s.**

*Bärbock - Fäser - Lauterbach*: Res publica nostra est navi similis, quae in mari alto versatur, procellâ saeviente; in eâdem tres tubi cannonum ponderosi a pegmatibus soluti atque seiuncti sunt et huc illuc volvuntur et omnes et omnia quae in stegâ navali apparent statim contundunt atque discutiunt. Et nauarchus est infirmus servulus vasallus inutilis obliviosus... Vale semper, Nic.

d.11. m.Febr. a.2023 h.12:59

**Naevius Nicolao s.**

Rectissime. Iam legi de istius hominis verbis. Denuo ei placet Germanos omnes monere. Cui bono? Certe non populo, fortasse Alberto Graeculo. N.

d.12. m.Febr. a.2023 h.11:50

**Nicolaus Naevio s.**

Disputant vividê, interdum vehementer de electione illâ Berolinensi, quae hodie repetitur deque palude russato-prasinâ evitandâ - et unicum effugium praedicant CDU, quae neque christiana est neque conservativa neque verê democratica! Quasi ista verê melior esset quam illae! Sed de Factione Alternativâ Berolinensi faciunt ne unum quidem verbulum! Quasi eadem omnino non exstaret! Quid tibi videtur? Estne misera Alternativa reverâ nihil nisi factio, quae a protectoribus constitutionis observatur, factio sulphurea, factio diabolica, factio nacistarum... ? Estne intangibilis, estne indicibilis, ineffabilis? Quare ne ipsâ in hac quidem emissione, quae mihi videtur unum esse ex ultimis propugnaculis libertatis sententiae dicendae, de Alternativis aliquid dicitur? Audetne ne *Burghardus M-U* quidem commemorare istam factionem? Vix credere possum... Quid tibi videtur? N.

d.12. m.Febr. a.2023 h.13:54

**Naevius Nicolao s.**

Care Nicolae, revera nescio cur disputantes illi cautissimi sint. Recte statuis illos factionem Alternativam non commemorare, nedum laudare. Fortasse nondum audent. Sed ille *Vosgerau* iurisconsultus iuris publici peritissimus quondam dixit Alternativos factionem conservativam "*nitidam*" esse. Etiam ille *Tichy*, ni fallor, politicos Alternativorum ad disputandum non invitat. Et quid de *Maaßenio*? Ei placet in factione Christdemocratica manere, quamquam ea ab illo viro honesto - nonnumquam sane inscite loquente - omnibus opibus liberari vult. Ratio strategica Christianodemocrataram eo tempore mihi aenigma quoddam est; adhuc apparet eos prasinorum gratiam petere studere (potestatis politicae obtinendae causa) - sed eo modo reliquias habitus conservativi parvas destruunt et serius ocus ammittent multos assectatores. Vale semper VN

d.12. m.Febr. a.2023 h.14:38

**Nicolaus Naevio s.**

In hac re - sicuti in plerisque aliis, care Naevi, consentimus. Estne ergo nostrum commercium epistulare - ut ita dicam - *camera echoica*? Credo ita non esse. Veri amici non verecundantur, ne apertê loquantur de sententiarum discrepantiâ. Ni fallor, tu prorsus negas esse certum gregem potentium supranationalem, qui dirigat politicos singularum nationum tamquam neurospasta. Quid sentis de causis fraudis coronariae deque siphunculis experimentalibus necnon genocidialibus (iam pridem manifestum est me hîc adiectivo utentem nequaquam scelus exaggerare (iam legisti symbolam *Axis Boni* de hac re recentissimam)! Ergo quis tuâ sententiâ est auctor primus huius sceleris ingentis? Estne Albertus veneficus, qui unâ cum Ugure Ugurisque uxorculâ decrevit, ut lucrum Pfizerianum hac methodo scelestissimâ augeret? At quare iste mercator solus genus humanum tam horribiliter vult deminuere? Nonne de isto consilio apertê iam pridem saepissimê locutus erat Vilelmulus Portarius? Ergo is (unâ cum Gavi et WHO) hoc consilium excogitavit? Estne solus Vilelmulus deminator

generis humani? Certê non. Verisimile est in tenebris versari nonnullos miliardarios etiam potentiores quam Vilelmulum. Sed in fine quid est dicendum de mundi regimine? Mihi quidem persuasum est centuriam (aut duos tresve centurias) miliardariorum esse Dominam huius mundi. Praeter Vilelmulum participes istius centuriae certê sunt *Georgius Hungarus* et *Nicolaus Coracopolitanus* et *Iacobus Rubriscutarius* et alii nonnulli, qui certê numquam apertê ad publicum prodeunt (sed semper incogniti).. Interimne sententiam quoad Civitatem Profundam mutasti - an opinionem tuam originalem mordicus tenes pertinacissimus? Haec hactenus, mox certê plura. Utinam tibi tuisque sit diei Dominici tempus postmeridianum iucundum. Medullitus te salutat **Nicolaus**.

d.12. m.Febr. a.2023 h.17.16

### **Naeivus Nicolao s.**

Care Nicolae, recte, de multis rebus consentimus et iam saepe de "civitate profunda" disputabamus. Non nego talibus hominibus, qui „globalistae“ dicuntur, quos enumeravisti, potestatem magnam esse, sed dubito an possibile sit mundum omnem apparatu clandestino regere. Dubito - tibi licet dicere me *mordicus* dubitare -, revera dubito. Arbitror "*deep state*" et "*Marionette*" verba solum descriptiva esse, sed vix apta esse ad analysin profundam. Dic, quaeso, mihi, quomodo novi reges mundani clandestine dirigant politicos. Num sunt iste globalistae imperatores, num habent potestatem quasi militarem? Quomodo imperant politicos? Hi, quos soles dicere „*neurospasta*“, sunt homines, non milites, non machinae.

Certe, isti globalistae magnum momenti habent, quia eis copia pecuniae ingens est. Condunt instituta; universitatibus pecuniam suppeditant, ut instituant cathedras certas; pecuniam suppeditant ut professores quaerant eas res quae eis placent; condunt diurna, fovent artifices. Student momentum magnum ad legislationem habere et augere; capiunt ius, capiunt ut naves legislatores nationales et supranationales - velut istum qui Bruxellis sedem habet; etiam capiunt munera publica. Sed nescio an sit talis *institutio supranationalis*, an sit *apparatus mundanus clandestinus*. Sed puto multas res malas fieri (posse) sine institutione tali; rete invisibile quoddam eo ipso nascitur. Hoc, care amice, mihi nucleus nostrae discrepantiae esse videtur.

Scilicet miliardarios - quibus salus populi cordi non est - studere eligere politicos certos, qui eis ipsis apti esse videntur. Iste senex Davosiensis dialecto mira loquens nominat eos „*young leaders*“. Apparet globalistis limites rei publicae ("*Staatsgrenzen*") non placere, quia eis fines impedimenta mercatus totalis („*totalen Marktes*“) esse videntur. Itaque eligunt tales politicos, qui ob ideologiam simplicissimam (velut prasinam: "*omnes homines aequi sunt*", "*nationes non sunt*", "*limites rei publicae abolendi sunt*") etiam sequuntur abolitionem limitum rei publicae. Quamobrem eo tempore pactum inter Sinistros et Globalistas horribile observare possumus. Sinistri putant se mundum servare, sed revera globalistis serviunt - nescientes quid faciant. Umquamne Alternativi vel conservativi veri ad Forum Oeconomiae Mundanum invitati sunt? At illud Forum invitavit Annalenam. Non invitaverunt eam, quia Annalena nostra eloquens, sapiens, perita, prudens est. Immo!



Causa vera omnino alia est: Istis globalistis - qui lucrum maximum facere, fortasse se ut Deum gerere volunt, quibus placet bellum contra Russiam gerere - illa prasina simplex valde placet: Eius idiotiâ utilis est. Vale semper **Naevius**

d.12. m.Febr. a.2023 h.14:38

**Nicolaus Naevio s.**

Mores medicorum etiam saec.XVI non semper fuerunt boni! - sed deprehensis imminebant poenae duriores quam hodie... Quid tibi videtur, Naevi? Nonne e.g. *Vilelmulus Portarius* et *Dr. Fauci* et *Drosten* et *Wiehler* et *Buyx* et *Albertus Veneficus* et *Ugur* et *Ugurisque uxorcula* et *Montgomery* instigator et *Spahnus* et *minister mente captus* etc etc etc puniendi sunt methodo Genavensi??? Vale, **Nic.**

d.12. m.Febr. a.2023 h.17.16

**Naevius Nicolao s.**

Poena horribilis ...sed fortasse medicastros futuros deterrebat. Ista *Buyx* tunc venefica habita esset... N.

d.14. m.Febr. a.2023 h.23:14

**Nicolaus Naevio s.**

*Sahra* non vult habere alias deas iuxta se... Si *Sahra* reverâ novam factionem condet, auctoritas *Alternativarum* deminuetur. Sed exspectandum est neque *Sahram* neque *Alternativos* victuros esse... Quid censes?

d.14 m.Febr. a.2023 h.23.37

**Naevius Nicolao s.**

Care Nicolae, iam saepe dicebam *Sahram* feminam sapientem esse, feminam summae eloquentiae, summi acuminis imprimis spectantis ad *analysin* politicam. Sed non fallamur in ea! *Sahra* solitaria est, solitaria semper erat. Et habet sententiam certam de systemate oeconomiae socialistico instituendo, cuius sanitatem in dubium voco. - Etiam nescio an factio nova condenda condicionem infelicem rei publicae nostrae mutare possit. Anno superiore tibi iam scripsi haec: "*Dubito an factioni transversae (Querfrontpartei) tali fortuna bona futura sit. Timeo ne in rebus oeconomicis maxime dissentiant (scil. Alicia Alternativorum et Sahra). Ergo tu mihi recte descripsisse colloquium [Elsaesserii et aliorum] eum videris: Factio transversa eo tempore est solum lusus phantasiae.*" - Nunc videre possumus sententiam tuam rectam fuisse, veram factam esse. Vale semper **VN**

d.17. m.Febr. a.2023 h.11:07

**Nicolaus Naevio s.**

Certe iure *Iohannes Georgius* se defendit diffamatus et pleraque optimê dicit. Sed eius conatus suam sententiam ab *Alternativorum* discernendi non omni ex parte est persuasibilis. Quid tibi videtur? Vale, **Nic.**

d.17. m.Febr. a.2023 h.12.01

**Naevius Nicolao s.**

Ego quoque non intellego, cur ille vir in ea factione maneat, quam theodisce "*Intrigantestadt*" dicam. PS. Ista excetra de Maaßenio et de Democratris christianis loquitur – horribilissime (*agitur de Bosetti*, <https://www.youtube.com/watch?v=820V8wGES1I>).

d.17. m.Febr. a.2023 h.14.10

**Nicolaus Naevio s.**

Ea quae ista excetra blaterat, a statione televisificâ ZDF "*satirica*" dicuntur, similiter ac in illâ Re Publicâ Democraticâ Germanicâ homines, qui sub praetextu saturae in televisione ruminabant doctrinam systematis. - At inde ex temporibus antiquis '*satura*' (quam unicum genus litteraturae Romanos ipsos, non Graecos, invenisse Quintilianus gloriatur: *Satura tota nostra est!*) est vituperatio potentium iocosa et irrisoria, nequaquam est adulatio erga potentes, irrisio erga suppressos. Nostri satirici televisorii invehuntur in oppositionem, gubernationi adulantur: mundus inversus est! Medullitus, **Nic.**



**ECCE BATAVA VENUS DOCTA**  
**Eva Vlaardingerbroek**  
 (\*1996)



## INDEX DISCORUM LEONIS LATINI

NR	Num. mandataelae	ISBN	TITULUS	AUCTOR	TRANSLATOR	ANNUS	FORMA	AMPLITUDO	PRE-TIUM
1	00104	978-3-938905-00-5	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA	Anonymus (Old Indian)	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
2	00104A	978-3-938905-15-9	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA- Libri audibiles	Anonymus (Old Indian)	Nikolaus Gross	2005	Audio	21 min.	€ 22,90
3	00204	978-3-938905-01-2	TRES FABULAE EDGARII ALLANI POE: CATTUS NIGER - RANUNCULUS - PUTEUS ET PENDULUM	Edgar Allan Poe	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	33 pp.	€ 27,50
4	00304	978-3-938905-02-9	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	6 pp.	€ 17,90
5	00304A	978-3-938905-16-6	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE -Libri audibiles	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	Audio	6 min.	€ 20,90
6	00404	978-3-938905-03-6	<b>MEMENTO MORI</b>	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
7	00404A	978-3-938905-17-3	<b>MEMENTO MORI –</b> Libri audibiles	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2005	Audio	20 min.	€ 21,90
8	00504	978-3-938905-04-3	<b>DE CRAMBAMBULO</b>	Marie von Ebner- Eschenbach	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	14 pp.	€ 19,50
9	00604	978-3-938905-05-0	<b>DE DINOSAURIS</b>	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM pdf	16 pp.	€ 19,00
10	00704	978-3-938905-06-7	<b>SUDATORIUM VENERIS</b>	Diogenes Anaedoeus	-----	2004	CD-ROM pdf	11 pp.	€ 19,50
11	00804	978-3-938905-07-4	<b>PERICULUM FRANCISCI</b>	Diogenes Anaedoeus	-----	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
12	00904	978-3-938905-08-1	<b>NUPTIAE ABDERITANAE</b>	Bertolt Brecht	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	21 pp.	€ 22,00
13	01004	978-3-938905-09-8	<b>TESTAMENTUM</b>	Henricus van den Lande de	-----	2004	CD-ROM	7 pp.	€ 17,50

			<b>REYNERI BERLBYN</b>	Raelt			pdf		
14	01104	978-3-938905-10-4	<b>DE SANCTO NICOLAO DEQUE VIRO NATALICIO</b>	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM	21 pp.	€ 22,00
15	01204	978-3-938905-11-1	<b>FABELLAE GRIMMIANAE 1</b>	Jacob Grimm/ Wilhelm Grimm	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
16	00105	978-3-938905-12-8	<b>ROMULUS MAGNUS</b>	Friedrich Dürrenmatt	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	49 pp.	€ 31,90
17	00205	978-3-938905-13-5	<b>DE THILO CUSTODE FERRIVIAE</b>	Gerhart Hauptmann	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
18	00305	978-3-938905-14-2	<b>HISTORIA AGATHONIS (LIB.1)</b>	Christoph Martin Wieland	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	15 pp.	€ 19,50
19	00405	978-3-938905-19-7	<b>WERTHER IUVENIS QUAE PASSUS SIT</b>	Johann Wolfgang von Goethe	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	82 pp.	€ 38,90
20	0050 5A	978-3-938905-22-7	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 1 – <b>Libri audibiles</b>	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	40 min.	€ 21,90
21	0060 5A	978-3-938905-18-0	SOMNIUM SCIPIONIS A CICERONE SCRIPTUM – <b>Libri audibiles</b>	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	30 min.	€ 20,90
22	0070 5A	978-3-938905-23-4	CAESARIS BELLUM GALLICUM 1 – <b>Libri audibiles</b>	C.I. Caesar	-----	2005	Audio	55 min.	€ 22,90
23	00106	978-3-938905-21-0	<b>AUTOBIOGRAPHIAE LATINAE</b>	Nikolaus Gross	-----	2006	CD-ROM pdf	87 pp.	€ 48,00
24	00206	978-3-938905-20-3	<b>DISQUISITIO CHEMICA ACIDULARUM BERGENSIUM ET GOEPPINGENSIIUM</b>	Karl Friedrich Kilmeyer	Nikolaus Gross	2006	CD-ROM pdf	66 pp.	€ 38,00
25	0030 6A	978-3-938905-24-1	CAESARIS BELLUM GALLICUM 2 – <b>Libri audibiles</b>	C.I. Caesar	-----	2006	Audio	61 min.	€ 22,90
26	0040 6A	978-3-938905-25-8	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 2 – <b>Libri audibiles</b>	M.T. Cicero	-----	2006	Audio	41 min.	€ 21,90

27	0050 6A	978-3- 938905- 26-5	EPISTULAE A SENECA AD LUCILIUM SCRIPTAE 1 –  Libri audibiles	L.A. Seneca	-----	2006	Audio (2 CDs)	88 min.	€ 27,90
28	00107 A	978-3- 938905-27- 2	ASINUS AUREUS AB APULEIO SCRIPTUS	Apuleius	----- --	2007	Audio	55 min.	€ 23,90
29	0020 7A	978-3- 938905-28- 9	OBSIDIO SAGUNTI A T.LIVIO DESCRIPTA	Livius	-----	2007	Audio	53 min.	€ 23,90
30	00307	978-3- 938905-29- 6	FABELLAE GRIMMIANAE II	Jacob Grimm/ Wihelm Grimm	Nikolaus Gross	2007	CD- ROM pdf	58 pp.	€ 32,90



**CARA LECTRIX, CARE LECTOR, BENE VALE,  
USQUE AD SEPTIMANAM PROXIMAM !**

**HANC EPISTULAM LEONINAM  
DUCENTESIMAM SEPTUAGESIMAM PRIMAM**



Οὐ δώσω δὲ οὐδὲ φάρμακον  
οὐδενὶ αἰτηθεὶς θανάσιμον,  
οὐδὲ ὑφηγήσομαι  
ξυμβουλίην τοιήνδε.

**SENDEN IN OPPIDULO BAVARIAE SUEBICAE**

**PERFECIT**

**Die Dominicâ, 19. m.Febr. a.MMXXII**



**Dr. Nicolaus Groß  
LEO LATINUS  
Sodalis Academiae Latinitati Fovendae**